


menti pro dignitate ma
antur IIII
eisdem litteris pro qualib
t diuersis psonis conferr
dignitatel seu plura
lem lr̄a taxe ē
qu beneficiū
unt tax
lib. conc
lo. XX
et co



tur respe



Prologus.

¶ Incipiunt aphorismi excellentissimi Raby Moyses se
cundum doctrinam Galieni medicorum principis.

I N nomie dei pii et misericordis cum quo adiuuo me
Ait Moyses filius seruuli dei israeliticus cordubēsis
multas cōpilatōes cōpilauere multi sapientū uia apho
rismorū in diuersis speciebus scientiarū et p̄ ceteris
scientiis hac uia indiget scientia metaphisice que licet
non sit difficilis quo ad intellectū: sicut sunt multe sciētie phisi
ce. nec quo ad cognitōem subiectorū sicut sunt alique scientie
ydiomatū pfectorū: est tamē difficillima quo ad multa que me/
dicum oportet scire et in mēoria semp habere. nec tamē omnia
sed solum spēalia que i indiuiduis proxima sunt. ad omniū eni
cōprehensionē sicut probatū est iam nō attingit sciētia alicuius
He autē cōpilatōnes uia aphoristica cōpilate sunt facilis cogni
tōis et retentōis sine dubio. et ad sciendum et retinēdum mate/
rias necessarias suū adiuuāt addiscentē. Et ob hanc cām ypo/
crates precipuus medicorū cōpilauit suū librū diuulgatum de
aphorismis. Et multi etiā alii medicorū cōpilauerūt post eum te
nentes eius uestigia aphorismos ut sunt aphorismi Rasis diuul
gati et aphorismi Susi. et aphorismi Iohannis Mesue Dama/
sceni et aliorū. et est manifestum cuilibet prouidentū prouisio/
ne māifesta q̄ quicūqꝫ cōpilator cōpilauerit aphorismos in sciē
tia aliqua non cōpilauit eos uelut sufficiētes ad cōprehendendū
omnes artis radices: sed velut valde vtiles et sufficiētes pre cete
ris cōpilatōibus ad cōphendendum materias multas et diuersas
necnō et ad eas in memoria retinēdum. Et in summa cōpilator
quicunque cōpilauit aphorismos nō potuit p ipsos omnia que
sunt necessaria sue scientie. Non ypocras in aphorismis suis
nec ebbussay alfarabii in omnibus hiis que cōpilauit via apho/
rismorū nec alii qui minores illis fuere. Hec vero premisi ad
excusationē horū aphorismorū quos protuli in p̄senti libro eos
cōformās. nec dico me compilasse sed elegisse: quia collegi eos
ex verbis Galieni de ōibus libris suis et ex eius verbis que di/
xit p viam cōplexionis in expositōe librorū ypocratis. Nec co
arcto me in huiusmodi aphorismis sicut feci in libro qui bre/

uiariū dicit ad ꝓbandū uerba Galieni ī eis sicut coartaui me ī
pricipio dicti libri. Et aphorismi quos collegi ꝓ maiori ꝑte sūt
ex uerbis Galiēi aut uerbis eius et ypocratis cōmixtis in expo
sitōe librorū ipsius ypocratis et aliqui ipsorum sunt ex uerbis
meis ad probatōem ipsorū. G. uerborū. Et id quod cōpulit me
ad hoc est ꝙ aphorismi intentio nō plene apparet nisi ꝑ exq̄si/
tioné pluriū uerborū. G. in diuersis locis et sic collegi totam
intentioné aphorismi curiose et probaui eū speciali comproba
tione. Et quoniā scio plures ex hominibus esse ignorātes quā
scientes et plures inuidos quā beniuolos prouidi designare in
fine cuiuslibet aphorismi qué protuli ꝑticulam uerborū Galiēi
in qua probatur ipse aphorismus. Vt si quis dubitauerit de ma
teria ipsius aut eius dispositōe recurrat ad illam ꝑticulam et ce
leriter ipam inueniet in ꝑticula ipsa et ipsum aphorismū totum
ex uerbis Galieni sine augmēto uel diminutōe aliqua aut mul
totiens materiā ipsius. etiā si sit ꝑ alia uerba et ipsa materia ibi
dem inuenta cessat dubitatio que ꝓcessit. Nec debet aliquis im
pugnare me de eo quod doceo ꝙ huiusmodi aphorismum dixit
Galienus in tali ꝑticula etiā si ipse ibidem fecerit mentioné de
materia ipsius aphorismi in alia ꝑticula uel epilogauerit ipsum
in multis locis. Nam si mutauissem uel tacuissem ipsum esse
in aliquo ipsorū locorū tūc possem iuste impugnari. Nomiare
eteni loca omnia sup̄fluū est. et in illo aliqua utilitas mime re/
peritur. Verūtamé placuerūt mihi eius sermōs circa ipsam ma
teriam sepius repilogatā in eius dictis in aliquo ipsorū locorū
et eos cōprobaui. Nec possum ob hoc impugnari ab eo q̄ dicit
mihi cur designasti ipm aphorismū ī illa ꝑticula et nō ī alia. q̄a
intentio cuiuslibet cōpilantis aphorismos sicut dixi est nō cō/
prehēdere omia. Ceterū si ꝓponit quis in aliquo istorū afforis
morū impugnare me et dicit quare scripsisti huiusmodi apho/
rismū pre aliis. Si eum scripsisti ut sciatur iam diuulgatus est
et cognitus et scientibus huiusmodi arté nec indiget recordatō
ne. et similiter posset dicere alius ī alio aphorismo hoc quod pu
tauisti esse aliud nō est aliud quo ad me. Et similiter etiam pos/
set dicere de alio aphorismo scripsisti hoc quasi ignotum, non

est eni ignotũ ab aliquo medicorum.
¶ Cui impugnatori talis datur respõsio. Qui elegit non elegit aliis sed sibiipsi. et ideo istos aphorismos elegi mihi quasi pro mẽoriali. et similiter ꝓsunt cuicũqꝫ mihi simili aut mihi inferiori in sciẽtia: nec elegi eos ei qui est in gradu. G. aut sibi ꝓximo: quia nõ est mihi dubiũ ꝙ plures ex hiis aphorismis sũt apud multos preter me et plene sciũtur ab eis. Similiter quod puto alienũ esse et ignotũ a me non est ignotũ aliis. et quod puto mihi esse incognitũ ab aliis nõ utiqꝫ ignorat᷑. Et licet ex his generet᷑ mihi imaginatio aliqua in certitudine aliquarũ dispositionũ uel improbatõe aliquorũ nominũ nõ imaginatur alius tales imaginatões omnino ꝑfectus in arte. s. Et ego protuli sup his afforismis quedam dicta que circũspexi et ea meo nomine nominaui. et similiter protuli aliquos aphorismos aliquorum modernorũ quos denoiaui eorũ noie qui eos inuenerũt. et eos aphorismos diuisi ꝑ certũ numerũ ꝑticularũ ut sit eorũ facilis cognitio et inuentio eius quod requirit᷑ in eis. et feci eas uigintiquinqꝫ particulas.
¶ Particula prima cõtinet aphorismos depẽdentes a forma mẽbrorũ humãi corpis uirtutibus et opatõibus ipsorum.
¶ Particula. ii. cõtinet aphorismos depẽdentes ab hũoribus.
¶ Particula. iii. continet aphorismos dependentes a radicibus et modis medicine artis.
¶ Particula. iiii. cõtinet aphorismos dependentes a pulsibus et ipsorum significationibus.
¶ Particula quinta cõtinet aphorismos depẽdentes ab urinis et ipsarum significatõibus.
¶ Particula sexta cõtinet aphorismos depẽdentes a significatõibus egritudinũ specialium.
¶ Partic. vii. cõtinet aphõs depẽdẽtes a cãis egritudinũ spãliũ
¶ Particula. viii. cõtinet aphorismos depẽdentes a curatõibus egritudinũ cõmuniter sumptarum.
¶ Particula nona cõtinet aphorismos dependentes a curatõibus egritudinũ specialiter sumptarũ.
¶ Particula. x. continet aphorismos dependentes a febribus
¶ Particula. xi. cõtinet aphorismos dependentes a tempibus

egritudinum et crisibus.
¶ Particula duodecia cótinet aphorismos depédétes a purga tóibus corpis p exitũ sanguinis factis.
¶ Particula.xiii.cótiet aphorismos depédétes a purgatóibus corporis factis p medicinas solubiles.
¶ Particula.xiiii.cótiet aphorismos depédétes a purgatóibus corpis factis p medicinas vomitiuas.
¶ Particula.xv.cótinet aphorismos depédentes a chirurgia.
¶ Particula.xvi.cótinet aphorismos depédentes a doloribus mulierum.
¶ Particula.xvii.continet aphorismos depédentes a consilio sanitatis.
¶ Particula.xviii.cótinet aphorismos depédétes ab exercitõ.
¶ Particula.xix.cótinet aphorismos depédentes a balneo.
¶ Particula.xx.continet aphorismos depédentes a cibis et po tibus.
¶ Particula.xxi.continet aphorismos depédentes a medi cinis sanis
¶ Parti.xxii.continet aphorismos dependentes a medicinis operãtibus substantia sua.
¶ Parti.xxiii.cótinet aphorismos depédentes a diffinitóibus egritudinũ et nominũ medicinaliũ que non bene a medicis di/ gnoscuntur.
¶ Parti.xxiiii.cótinet aphorismos dependentes a miraculis repertis in medicinalibus libris.
¶ Particula.xxv.cótinet aphorismos dependentes a dictis Galieni dubiis.

p Articula prima incipit cõtinẽs aphorismos depẽden-
tes a forma mẽbrorũ humãi corpis virtutibus et ope
ratõibus ipsorũ.

n Eruus qui lacerto cõiungit ꝓpter vim sensus et
motus a cerebro aut nuca cõiungit omni lacerto
aut in capite ipsius aut in eo quod est inter caput
et mediũ. et hic locus medius ẽ caput lacerti. vii.
iuuamentorum.

℄ Lacertus qui vocat dyafragma caput eius est mediũ eius.
et est locus nerueus diafragmatis ubi cõiunguntur ptes ipsius
nerui. et extremitates dĩafragmatis sunt fines circũdantes ro
tunditatem eius. xiii. iuuamẽtorũ.

℄ Vene pulsatiles et nõ pulsatiles que uicine sunt ad inuicem
et forte uena pulsatilis tangit uenã non pulsatilem in totũ cor-
pus accedunt ex proximis locis sibi. et semp inuenies uenam
pulsatilem positã sub uena nõ pulsatili excepto solo cerebro ad
quod uene pulsatiles accedunt ex superius ut sit motus spiritus
ad superiora uelox. et uene nõ pulsatiles descendunt ad ipsum
ex inferius capitis ut fluxus nutrimẽti ad cerebrũ celeriter flu
at. ix. iuuamentorum.

℄ Ad mẽbra omnia accedunt vene pulsatiles et non pulsatiles
ex propinquioribus locis sibi exceptis testiculis et mãmillis
iter oia alia mẽbra ad que nõ accedunt ex locis ꝓpinquioribus
sed a remotioribus ut sanguis mora sui ꝓlongatus in eis deco-
quatur sperma et lac pfecta decoctõe. xvi. iuuamentorũ.

℄ Accedunt ad ossa uene nõ pulsatiles uisum fugiẽtes et im-
possibile est inueniri in corpe aliquẽ lacertorũ absque uena nõ
pulsatili et pulsatili. et inueniri uenã pulsatilem in aliquo loco-
rum quin sit cum ea uena non pulsatilis. Sed ex uenis nõ pul
satilibus sunt alique sepate cum quibus non inuenitur uena
pulsatilis. et sunt he prope cutim in manifesto corporis uideli-
cet in manibus pedibus et collo.

℄ Reticula orta ex uenis pulsatilibus et neruis pticularibus ĩ
miscentur ad inuicem. Et ideo cum spasmatur genus nerui cõ
patiũtur sibi uene pulsatiles in dolorem decimo pulsuum.

¶ Rotunda ligaméta ex cordis credit qui non est sapiens in anotomia esse neruos. et nos ad cognitioné cuiuslibet iporum non venimus nisi exercitio quod habuimus in anothomia. vi. ingenii.

¶ Ex neruo aliquid non cóiungitur cartilagini neq3 ligaméto neq3 pinguedini neq3 ossi nisi solúmodo dentibus inter omnia ossa quorū radicibus cóiungitur quidā neruus mollis. et simi/liter non cóiungitur alicui glandularū que habētur loco reple tóis et sustétationis. sed glandulis quibus indigemus ad gene/rationé humiditatis necessarie cóiungitur quidam neruus par uus quéadmodum cóiunguntur sibi arterie et uene. decimose/xto iuuamentorum.

¶ Corda mollior est ligamento et durior neruo et quantitas magnitudinis corporis corde est quanta magnitudo ligamenti et nerui simul. et in multis locis lacerti inuenio cordā decuple quātitatis corporis nerui ipsi lacerto in capite cóiungentis. Et omnis neruus est sensibilis et omne ligamentū insensibile. et omnis corda minus sensibilis quā neruus secūdum quātitaté que sibi cóiungitur ex ligaméto primo motuū lacertorum.

¶ In corpore sunt tria instruméta sibi similia in forma corpo rum. unū est neruus. aliud ligamentū. aliud corda. et corda est unū capitū lacerti et est nerueū. et eius procreatio est ex neruo et ligaméto et omnis neruus est rotundus distincta rotūditate. nó sic sunt omés corde. quia quedam earū sunt rotunde et que dam parum late. et plura ligamétorum lata sunt quéadmodum sunt pellicule prima particula Galieni supra opinioné Hypo. et Pla.

¶ Pellicule omnes sunt in statu subtilitatis et molliciei. sed li gamenta secūdum magis sunt dura et grossa. Et aliqua ligamé torum sunt inter naturā nerui et cartilaginis. neq3 pellicula ne q3 neruus neq3 corda in aliquo locorum est secundum duritie ligamenti adeo q͂ qui est ex neruis durior ad cordis duriciem non ascendit. Eadem particula.

¶ Ista tria instrumenta neruus scilicet corda et ligamentum omnia sunt alba et solida sanguine carentia et ea dissoluta resol uūtur in fila in longum producta exceptis ligamentis multe du

riciei que dissoluta in fila nullatenus possunt solui. Eadem particula.

¶ Lacertus est instrumentum ad motum tantum et non est instrumentum ad sensum. et omnis motus uoluntarius non fit nisi cum lacerto et sentit lacertus: sentitqꝫ id quod nó est lacertus quoniã omne cui neruus cóiungitur sentit etiã si non sit in eo motus uoluntarius. eadem particula.

¶ Ligamenta quibus colligãtur lacerti cũ ossibus generãt pelliculas operiétes lacertos et mittunt reticula ex se interius et in carnem lacerti. Eadem particula.

¶ Omnis corda cóiungitur ossi magis: sed non omnis lacertus terminat in corda. quia lacertus moués linguã et mouens labia et moués oculos non inuenitur in aliquo ipsorũ corda qa non mouét ossa. Et secũdum magis mébra faciei mouentur uoluntarie et ipsa ossa sunt immobilia non indigentia cordis. Eadem particula.

¶ Qui habet uenarũ capita quibus decurrit cibus a parte con caui epatis ad partem gibbi strictã in opilationem epatis cito cadit. tercio ciborum.

¶ Compositio corporũ in ultimo extũatorũ est composita ex mébris inequalis complexionis sicut cũ stomacus est calidus ualde et cerebrũ frigidũ. et simile cum pulmo et totũ pectus est frigidum et stomacus calidus: et multotiés est humidũ cótrariũ et similiter cũ omnia mébra sint frigida et epar calidum. et hoc est in mébris omnibus attédendum tercio ciborum.

¶ In esse magno cuiuslibet loci corpis indigétis ut cóiungatur capiti dicti ossis neruus uel corda facit neruus ipse uel corda necessario aliquod horũ triũ: aut signũ aut foramé aut inuolutionem desup et nó cóiungitur supra gibbositaté ossis omnino discoboperti aliquis istorũ. Et oés nerui corde et uene positi ĩ locis ossiũ signatorũ cooperiũtur pelliculis fortibus et cóseruãtur ab eis secũdo inuamétorum.

¶ In uenis pulsatilibus et non pulsatilibus sanguis et spiritus sunt calidi. sed ille qui est in uenis pulsatilibus sanguis est modicus et subtilis proximus nature fumi.

Et ille qui est in uenis nō pulsatilibus spūs ē modicus et nebu/losus. et vene pulsatiles totius corpis sūt penetrabiles ad uenas nō pulsatiles recipiētes ab inuicē sanguinē et spiritū p meatus inuisibiles et strictos sexto iuuamētorū. Et dixit in ipsa particu la iuuamētorū. In pulsu vene pulsatiles ministrāt cordi constri ctionem sui.

¶ Subtilius quod est in corpe et leuius ē spūs. et secūdo post cū est fumositas. et tercio post predicta est sanguis perfecta di/gestione digestus tercio iuuamētorum.

¶ Mēbra aliqua credunt in corpe vnū esse que in veritate sūt duo sicut cerebrū ligua maxilla pulmo pectus et matrix et alia his similia. quia in latere dextro cuiuslibet illorū numerus par tiū equalis est numero earū que sunt in latere sinistro. que par tes sunt equales in quātitate grossitudine subtilitate et colore. et tota natura earū nunq̄ permutat sicut generis venarū pulsa/tiliū et nō pulsatiliū. et nerui quicqd ex eis cōiungit vni lateri est simile ei quod cōiungit lateri reliquo. particula sexta de ad/iutorio creatoris

¶ Lingua quāuis appareat vnū in aspectu ipsa in ueritate sūt duo. quia vni medietati eius p longitudinem cōiungūtur vene pulsatiles et nō pulsatiles. et neruus sibi spēalis et similiter la/certo partis relique neque penetrat eundē lacertum vēa nō pul satilis neq3 pulsatilis neq3 neruus a dextro latere ad sinistrum nec ecōuerso. xi. iuuamētorum.

¶ Cum est necesse nobis facere longū iter cum paruo neruo vel nostri preposit i est mouere lacertū forti motu fortificatur il le paruus neruus cū corpore grossiori corpore ipsius nerui. et est ad simile substantie nerui. et si videres eum crederes ipsum neruū rotundum et crederes ipsum cōiunctū ipsi neruo et cum eo solidatū. nec ē cōiunctū eidē neruo nec cū eo solidatū. et cū ingrossatur neruus p ipsam substātiā videt q neruus qui ex/tenditur post eam ē rotundus rotunditate magna primo mo/tuū lacertorum.

¶ Ait Moyses. Sūmarie collegi ex sermōe. G. in his quatuor motibus q voluntas cū mittit virtutē aialem ad neruū versus lacertū suū volēs p illū plicare aliquod mēbrū retrahit ille la/

certus circa sui principiū et statim plicat membrū. et similiter cū voluerit q͡ mēbrū extēdat et erigat extēdit volūtas illum lacertū cum lacerto sibi opposito et tēdunt simul. Et cum cessat opatio volūtatis vniuersaliter nec mittit ad lacertū virtutē omnino remanet lacertus simul rebus ceteris cōgelatis. et tēdit per suam ponderositatē naturalē cū eo͡esse cui adheret ad inferius tanq̄ mēbrū mortuū. et hic motus denoīatur ab eo lacerto . nec ē ex opatōe eius lacerti. nec ēt inter motus volūtarios numeratur. sed motus extēsionis ē voluntarius et ē motus in lacerto p latitudinē. et iō cū uoluntas uoluerit extendere mēbrū plicatū facit cessare uirtutē aialem a lacerto qui se retraxerat et mittit eādem virtutē ad lacertū sibi oppositū et statim plicatur ille oppositus et extēditur primus qui plicauerat mēbrum. quia non remanet in eo uirtus probibēs. et cum voluimus summā tēsionem operatur virtus aialis tensionē lacerti in summo.

¶ Omnis lacertus extēdit aliquod mēbrū et extēdit illud cum est plicatū. et similiter omnis lacertus plicat illud et plicat illud cū est extensum. et mēbrū plicatur per lacertum interiorē et extenditur per exteriorem. et ideo si incidatur aliquis eorum cessabunt ipsi duo motus simul. quoniā non remāet retrahens et extēdens. sed tamē remanet in una positionū secūdū lacertū euadentē qui opatur ipsam positōm. Eadem particula.

¶ Figure inter mediā et ultimā figurā sūt semper figure mēbrorūnostrorū dum dormimus. et operatio lacerti nō cessat in eis sed in dormiēte ex ebrietate aut forti labore aut defectione oīa mēbra corpis sui sunt dissoluta sūma dissolutōe. et in sanis lacertus est in figura media et mēbra sunt perfecte quieta secūdo motum lacertorum.

¶ Lacertus qui est in nate et qui est in uesica et qui est in diafragmate quilibet eorū ē rotūdus. sed qui ē prope uesicā et prope nates nō sunt ꝓcreati ad expulsiōm superfluitatum sicut putauerūt aliq̄. sed ꝓcreati sunt ad retentōm earū. et sunt retētiui ꝓhibētes fluxū sup̄fluitatū extra tp̄s earū. sed cū stimulat eos uolūtas cessant a retētiōe et aꝓhibitōe et expellit tunc superfluitates uirtus expulsiua nturalis et adiuuat eā operatio lacerti q̄ ē supra ventrē et tēsio diafragmatis spissa. Eadem particula.

¶ Cum diafragma opatione lacerti retractiua uel coadunatia retrabitur ingreditur spiritus et cũ opatõe lacerti extensiua ex/tenditur egreditur spiritus . et cum retrabitur lacertus uentris tãtũ ãt lacertus qui ẽ ĩfra costas tãtũ egredit̃ spũs. Eadẽ ptic.
¶ Diafragma solum opatur ingressum et egressum spiritus. sed egressum spũs p uiolentiam lacertus qui est intra costas et q a collo uenit ad pectus p spatulas opat̃ prĩo motuũ lacertorũ
¶ Quilibet lacertorũ defert os sibi cõiunctũ ac si deferret la/pidem. et dum existit fortis nõ fatigatur ab eo. et multotiẽs nõ sentit pondus eius etiã sensu modico. et cum debilis est sentit pondus eius et grauatur eius põdere adeo ꝙ desiderat eius dis/sepationẽ a se et affectat mutare illud de figura in figuram. et hoc est qđ egrũ ꝓuocat mutare figurã mẽbrorũ suorũ i tpis mĩmo et nõ pmittit eũ tẽre i figura una mẽbra sua. i. mot. lacer.
¶ Operatões omniũ lacertorũ tempe somni quiescũt. et operatio solius lacerti mouẽtis pectus remãet in statu suo. v. sciarũ.
¶ Non mireris de genere dormientiũ qui opant̃ multotiens actões uoluntarias ut loqui clamare ambulare et uoluere se de latere ad latus. quia uigilans opatur actões ad quas non est in/tentus adeo ꝙ ãbulat p uiã ꝑdestinatã ad locũ et ãbulat oblitus et nescit quo tẽdit donec perficit totã uiã prĩo motuũ lacertorũ.
¶ Ait Moyses in affirmatõe omniũ actionũ uoluntariarũ quas operatur dormiẽs et oblitus. Dilatauit se. G. in ista particula uerbis suis nec assignauit causam i ipis nec soluit dubitationẽ quã se soluere intromisit et cõfessus ẽ pplexitatẽ et dubitatõem suã in ipsis motibus dicẽs. quãuis ignorẽ cãm ipsarũ et nõ celauit quod erat manifestũ. Ego uero nũc dico qualiter cessat uolũtas a dormiẽte et oblito cũ mouet̃ motibus uolũtariis et assi/gno cãm i ipsis sub cõpendio in ꝓlogis sequẽtibus sicut pate/bit post euigilantiã in ipsis. Prologus primus. motus uoluntarii sequũtur mẽoriã imaginatõis uisus sicut cũ mouet̃ ad inspiciendũ aliquã ex stellis. et sequũtur aliquã imaginatiõem sicut cũ hõ polluit̃ mediãte imaginatõe alicuius psone et sequũt̃ naturã sensus sicut motus hõis ẽ cũ pũgit̃ a pulice. Prologus secũdus oẽs motus uolũtarii oim aialiũ sequũt̃ imaginatõm uel sensũ. Prologus tercius. sciẽdũ ẽ ꝙ uirtus imaginatia agit opatõem suã pfctẽ et cõplete tpe somni. et similiter forma imagina

tóis q̃ ē ī imaginatóe alicuius obliti agit opatóem suā ét si alicu ius rei alterius recordet̃. Prologus quartus. notoriū ē ꝙ sen sus i aiali tpe sóni nó cessat sicut ꝓbauit. G. i pria pticula. sed ē diminutus et similis uirtuti alicuius q dissolutus a forti labore qescit. et post hos ꝓlogos patebit tibi ꝙ qcquid dixit. G. de opa tóibus dormiétiū seqt̃ uirtuté imaginariā aut naturam sensus qa dormiés stati ꝙ claritas accedit ad eius oculos aut audit ma gnū sonitū aut pūgit̃ aculeo aut occupat̃ corpus ipsius magno calore aut magno frigore aut famescit aut sitit euigilat̃. et simi liter cū dolet unū latus uoluit se ad aliud. et hi oés motus sequū tur naturā. et nó uideat̃ tibi difficile de statu ebrii aut apopletici q nó euigilant̃ ab aliquo istorū qa tales infirmi sūt et non sani et in dormiéte nó cessant actiões uolūtarie oio sed seqnūt̃ sanā méoriā ipsius. Vnde ambulatio dormiétis et obliti extra ꝓposi tū suū sequit̃ formā imaginatóis imaginatā primitus ab eo tē pore quo vigilabat is q nūc dormit aut tpe ꝓpositi eius q nunc est oblitus. ❡ Actionū et locutionū quas opamur cū ꝓposito tpe saitatis nos ipsi recordamur cū eas prius egerimus. sed nó ē sic de actóibus et locutóibus ebriorū et métecaptorū fortiter qa hi nó recordant̃ eorū postquā sunt liberati ét si eas ad eorū méoriā reducamus: Eadé pticula. ❡ Ait Moises huius causa ē quia uirtus méorialis cū ē incolumis id qđ necesse ē cóserua ri recómédat cū ꝓposito cóseruatie uirtuti. et cóseruatia uirtus cóseruatóe magna cóseruat id qđ cū ꝓposito sibi deponit̃ a me moriali uirtute. ❡ Qui cóseruāt aliquid i māibus suis dū dor miūt significāt māifeste ꝙ motus retractóis remāsit in lacertis digitorū collectorū supra puū corpus. et cóiūctó maxillarū tpe sóni sanorū significat uerā opatóm retractóis lacertorū ipsarū et simile significat lacertus circūdans expulsiuū supsluitatū cū opatóm suā ualida uirtute in dormiétibus opat̃. secūdo motuū lacertorū ❡ Cerebrū hét sp motū retractóis et extésióis cur renté cursu póderis pulsus ad modū motus arteriarū et cordis et hoc māifeste appet i ifātibus et pueris et i aiali cuius cerebrū ē discoptū a craneo q cū clamāt inflat̃ cerebrū totū et đcrescit et putaꝙ cā huius ē calor aditus ex forti clamore q ipellit sbām cerebri ad supius et eā depóit ad iferius et p extésioné cerebri trahit̃ aer p nares et p eius detractióm premit̃ qcqd in eo est su

perfluitatis fumose uel aliarum superfluitatū et expellitur ab eo eius calore semp incolumi remanente particula.vi.de odoratu

¶ Pellicula cerebri subtilis adheret cerebro cū continuitate et pellicula grossa et dura est discreta aut pellicula subtili . nec inter eas est aliqua cōiunctio nisi inquantū penetrant ab aliquibus uēis.et pellicula dura est perforata foraminibus rectis ad modum colatorii et illis foraminibus euaporat et mundificatur fumositas pfecta mūdificatōe per ingressum et egressum aeris Sed os quod defendit cerebrum ex ea parte que accedit faciei et pallato est concauum.et anothomici uocāt ipsum colatoriū. nam eius foramina sunt recta queadmodum sunt foramina colatorii. Sed foramia eius sunt inequaliū meatuū ad modū spongie ut aer nimis frigidus cum attrahit non ingrediatur ad uentriculos cerebri recte.viii.iuuamentorum.

¶ Inter os summitatis pallati et pelliculam cerebri duram est rethe contextum ex arteriis et illud subingreditur totum cerebrū excepto parū.et in hoc rethe sunt plures tunice in aspectu similes pluribus retibus piscatorū que.s.vnū super aliud sunt extēsa ut sanguis mora sui in eis decoquat et subtilietur et ad uētriculos cerebri decoctus trāseat et subtilis.ix.iuuamētorū.

¶ Nucha corpus molle quod egreditur a cerebro p omēs iuncturas spine circūdatur eisdem pelliculis quibus circūdatur cerebrum.et una pellicula adheret relique.et he circūdant sifach inuoluto super eis ex pte exteriori quasi tota pellicula forti et dura de genere nerui ut defendat ipsum fortitudine uirtutis et duricie sua.xiii.iuuamētorū.

¶ Sensus gustus et tactus in lingua est ab vno neruo tantū et est ille qui procedit ex pari tertō nerui cerebri.et accidit multotiēs q ledit sensus gustus et nō ledit sensus tactus lingue ab ipsa lesiōe.et causa huius ē.quia sensus gustus eget uirtntis iuuamine maiori q̄ sensus tactus.

¶ Quicquid nuce est ex pte supiori ē melius et nobilius illo quod ē ex parte inferiori quarto scientiarū.

¶ Nobilius instrumētorū uerbi ē lingua.et nobiliora instrumēta uocis sūt guttur et lacertus mouēs ipm et neruus q ad ipsū lacertū uirtutē a cerebro mittit.quarto scientiarum.

¶ Interius uuee tunice molle ē et tractabile vt suscipiat huidi tatem cristallinā sicut humiditatē spongia et humiditas subtilis et ipsa est albuginea fuit posita et diffusa supra humiditatē cri/ stallinā diuidens id quod resultat a cornea et cristallina in fora minibus vuee. Et tunica cornea lucēs tāquā speculum est extē sa super id quod est exterius de humiditate cristallina que egre ditur vitrea hūiditate. x. iuuamētorum.

¶ Incisio pellicularū cerebrū circūdātium et similiter icisio ali cuius ex corpe cerebri non nocet aiali in aliquo. sed cū puenit incisio ad uentres eius amittit tunc animal voluntarios motus omnes. secūdo anotomie viuorū. Genera motus in corpore aia lis que sensus inuenit sunt duo. s. motus voluntarius et motus cordis et arteriarū et est tertiū genus motus existens in venis non pulsatilibus quod nō inuenit sensus nec est necesse vt hic de illo mentio fiat. Par. vi. de rigore et tremore.

¶ Ait Moyses hic motus tertius de quo hic fit mentio est ille quem. G. in tertia probauit pticula libri sui de uirtutibus natu ralibus: et est quia vene non pulsatiles aliquādo mouent̄ ad at tractionē nutrimēti. et aliquādo mouētur motu cōtrario ad ex/ pulsionē alicuius quod est in ipsis p eandem viā. et ad probati onē horum se circa hec in ipsa pticula dilatauit.

¶ Quia iuēimus ꝙ matrix vesica et cistiffellis oēs attrahunt et expellunt quodlibet p vnū ꝓpriū collum nō est mirum si na tura expellit ad stomacū et venas supfluitates corpis multas. Et accidit multotiēs ꝓpter longā famē ꝙ stomacus cibum ab epate ad se trahit illis venis quibus trāsmittit̄ ab eo ad epar ci/ bus que vene medie sunt inter epar et ptes stomaci vniuersas.

¶ Cum vero i stomaco et eius ptibꝰ est cibus multus ipm ad epar mittūt. et cum stomacus inanitus est et cibo eget attrahit iterū venis ipsis. tertio virtutum.

¶ Gressus pficit̄ p motum et qetē et pedes sunt instrumenta quietis et crura et cosse sunt instrumēta motus. tertio inuamen torum.

¶ Pulmo est instrumentū spiritus et vocis. et omne aial quod non attrahit aerem per os et nares caret pulmone et caret cellu

la dextra ex cellulis cordis ad locũ pulmonis creata. xvi. iuua/
mentorum.

❡ Forma stomaci est rotũda in longũ ꝑducta. et ex eã parte q̃
uicinat̃ spine est lata. et inferior pars eius in homine est latior
superiori. et epar circũdat et regit cum suis pennis. sicut cũ ali
quid regitur et circũdatur digitis. Et oppositus est sibi splen ex
parte sinistra. et fundus stomaci tendit ad partẽ dextram. et a
parte superiori est spina et lacertus extensus supra ipsam. et a
parte anteriori est siphac quod ipsum cooperit et calefacit. iiii.
iuuamentorũ.

❡ Sifac est cõpositũ ex duabus tũicis solidis et subtilibus una
superposita alteri et ex arteriis et uenis et pinguedine non mo
dica. Et in corpore aialis aliquid rarius et siccius sifac minie
inuenit̃. quarto iuuamẽtorũ. Supra stomacũ est siphac circum
dans eius tunicã carneã exteriorem et siphac colligatur ad spi
nam. et ex hoc format̃ cibus. et ex eo etiã format̃ pellicula coo
periens epar colligans et circũdans illud et quasi pellis ipsum
muniẽs. et ex eo etiam formant̃ pellicule splenis uesice renũ
et intestinorũ quarto iuuamentorũ.

❡ Stomacus et intestina ex duobus nutriũtur. primũ ẽ cibus
qui in eos ingredit̃ et digerit̃. secũdum est id quod ab epate tra
hũt quarto iuuamẽtorum. ❡ Stomacus postquã replet̃ cibis
secũdũ sufficientẽ quãtitatẽ et colligit in suis tunicis eos quod
ex eis melius ẽ sibi attrahit et expellit a se id quod residuũ est
queadmodũ est fex secũdum naturalem quãtitatẽ. et simile in/
testinorũ quodlibet opatur. tertio uirtutum.

❡ Inspice et cognosce cibatiõis ordines ẽe tres per tẽpora sui
Primus est additio corpi stomaci ex cibo quousq; satiat̃ in de/
scẽsu cibi ad stomacũ et mora sui in illo ad suscipiẽdã digõem
quo tpe ad epar aliqd fluit cibi. secũdus est additio tunicis in/
testinorũ et substãtie epatis ex cibo in trãsitu cibi ad intestina
in qbus parũ morat̃ et fluxu sui ex inde ad epar ad digõem in
illo suscipiendã. et hoc tẽpe id cibi quod prio corpori stoãci ad
ditũ est cõsolidat̃ et cõiungit̃ sibi. Tercius ẽ cibatio mẽbrorũ
omniũ cibo cõuerso similiter mẽbris singulis in trãsitu cibi ad
ea mẽbra in quibus suscipit digõnem. et hoc tpe cõiungit̃ et so

lidat intestinis et epati id cibi quod additū ē eis tpe secūdo ter/
cio nirtutum.

Digestio q̄ fit in stomaco ē q̄dam spēs de spēbus mutatōis et digō q̄ fit in uenis ē spēs de spēbus mutatōis. Et eodē mō ē digō q̄ fit i quolibet mēbrorū. et post istā terciā spēm mutatōis est mutatō quarta q̄ dicit similitudinaria. et nomē similitudinis extra nomē nutrimēti est. sed unus est eorū effcūs sexto mor/ borum et accidentium.

zirbus est ex mēbris qbus nō indigemus ad cōseruationē uite. et utilitas eius in corpore est modica. sed qa in eo inueniū tur arterie et uene oportet nos cauere ne aliqd ex eo incidat. q si forte egrediat parum sanguis liget prius supra ipsum et po stea incidatur. vi. ingenii.

Corpus splenis est molle et cauernosū ad similitudinē spō gie in quo sunt multe arterie ad calefaciendū ipsū et digerēdū grossū hūorem quē ipse attrahit et ad expellendū a se fumosam superfluitatē in eo generatā maliciā hūoris in ipm decurrentis et grossitie sui quarto iuuamētorum

Ren dexter est eleuatus adeo q in aliquo aialiū magnorum suppōit sibi renē sinistrā et unus nō impedit. reliquū ad attra/ ctiōm ēt si recte diametro opponant quinto iuuamentorum.

Ad uesicā et cistimfellis accedunt uene q̄ eos nutriūt preter uenas qbus attrahunt superfluitates. qa superfluitas q̄ ad eos accedit ē sola et pura nullā habēs admixtiōm et accedit ad collū cistissellis spēaliter arteria q̄dam uena et neruus et qlibet eorū in corpore cistissellis per se diuidit et fit simile in uesica quito iuuamenti membrorum.

Matrix est de genere nerui et ē dura. et fcte sunt in muliere due matrices tēdentes ad unū pricipiū. et illud est collū matri/ cis et corpus matricis exterius circūdat pellicula q̄ cōiungit ip sas duas matrices in loco uno ad quem cū peruenerit ligat eas. et facte sunt similiter in muliere due māmille quarū qlibet de/ seruit cuilibet pti matricis. Et unū de mirabilibus q̄ in creaturis reperiūtur est repertio equalitatis numeri cellularum matricis ad numerū cellularū māmillarū in quolibet aiali et numeri mā millarū ad numerū filiorū. xiiii. iuuamentorum.

¶ Inter uesicā et matricē nō est aliqua dria. sed uesica est du
rior et est ꝓximior generi neruí et ió eius apostemata sunt quo
ad pulsatóem matricis apatibus duriora. xvi. pulsuum.
Quattuor membra sunt que habēt duas tunicas uidelicet meri
stomacus omnia intestina et omēs arterie exceptis his speciali
ter que sunt in pulmone. et sunt quattuor mēbra habētia unicā
tunicam et sunt cistisfellis uesica matrix et omnes uene nō pul
satiles exceptis his specialiter que sunt in pulmone. primo et
secundo uirtutum naturaliū. et. vi. iuuamēti mēbrorū.
Procreatio uirge est ex ossibus pectinis. s. ex supeminētibus
quēadmodum sunt ligamēta: et differt a ligamētis in concauita
te ut cito repleatur tendat̃ et induretur. deinde molliat̃ et laxet̃
et hic neruus cōcauus si uis potes eū nomiare neruū. uel alio
noie. s. uirgam. et eius plantatio distat ab ano et meatus sper
matis ē in eo ex parte inferiori productus in longum ꝑ mediū
eius. xv. iuuamētorum.
¶ In pellicula āborū renū est qdam neruus quēadmodū ner
uus splenis epatis et cistisfellis. nam et ad hec omia mēbra ac/
cedunt nerui parui cōiuncti pelliculis que sunt sup ea extensa.
Sed ad uesicā accedunt nerui magni ad hoc ut sit sensus eius
subtilior et uelocior. et omnia predicta mēbra muniūtur pelli/
culis procedentibus a siphac extenso supra uentrem. xv. iuua/
mentorum.
Humiditates decurrentes et opilantes corpa ualde solida gene
rant dolores magis in eis q̃ in membris his cōtrariis. quia illa
magis tēduntur. et illam tēsionem sequit̃ augumētatio dolorū
et ideo dolores uesice sunt fortiores doloribus matricis etiam
si inueniantur ipsa duo membra equaliter habere materiā. xvi.
iuuamentorum.
¶ Lacertus manuū pedū et faciei cū tendit̃ fit gibbosus prop
ter duriciē ossium sub eo existentiū faciens supeminentiam in
medio coadunatóis sui: et dum dissoluit̃ et retrahit̃ explanatur
et accidit lacerto pectoris et uentris. contrariū huius quod acci/
dit lacerto manuū et pedum. s. ꝙ cum hic tenditur explanatur.
quia reperit sub se corpa mollia quibus cōpressis tempe tensio
nis abscondit̃ gibbositas in locis concauis. et cum laxatur fit

gibbosus. quia apparet eius supeminētia et egreditur. prio mo tuū lacertorum.

¶ Motus vniuscuiusq; lacerti ad sui principiū est vnus ex mo tibus lacerti videlicet retractiuus uel coadunatiuus et motus ma nuū uel capitis non est vnus motus lacerti sed plures et pluriū lacertorū. quorū quilibet motū suū sine aliquo opatur. Eadem particula.

¶ Virtus que est in spermate cum ex sanguine pducit materi/ am utilem ad faciēdum os et ad faciendū neruū. et similiter ad faciendū mēbra omnia similes ptes habētia dicit' virtus gene/ ratiua. quia generat et producit materiā que prius non inuenie/ batur. et noiatur etiā ipsa virtus imutatiua. et cū virtus sperma/ tis informat dictā materiā et ex ea facit os talis quātitatis et ta/ lis forme. et similiter oīa mēbra habētia similes ptes dicitur uir tus informatiua. et ipsa est que habet pricipiū intellectuale post principia naturalia. et virtus spermatis que augmentat illud os puum uel neruū paruū donec crescat et augmentet' dicit' virtus augmētatiua. et uirtus spermatis que nutrit mēbrū donec aug/ mentat' et reparat id quod dissoluit' ex eo dicit' uirtus nutritiua que pficitur quattuor uirtutibus. s. appetitiua retentiua immu/ tatia. et expulsiua et imutatiua q̄ dicit' digestiua non pficit' nisi actōe solidatiua et similitudinaria. prio virtutū naturalium.

¶ Donec fetus est in matrice generatiua et informatiua domi natur et uirtus nutritiua et augmētatiua deseruiūt eis. sed post partum quousq; puenitur ad statū iuuētutis uirtus nutritiua et virtus augumētatiua dominātur. et generatia et informatia ad iuuāt et deseruiūt eis. et post statū iuuētutis cessant augmētatia et informatiua et remanet nutritiua usq; ad finē uite primo uir/ tutum naturalium.

¶ Villi cuiuslibet intestinorū sunt rotundi et p latū in eorū tu nicis adinuicē inuoluti ut contentum intestinorū supra quod inuoluta sunt colligāt. nec sunt rerū aliquid attractiui. Et villo rum stomaci aliqui extensi sunt p longitudinē propter attractio nem. et aliqui propter expulsionē p latitudinē sunt extensi ter/ tio uirtutum.

Explicit pticula prima incipit particula secūda continēs apho/

rismos ab humoribus dependentes.

Anguis é quedã massa humorũ oim p dispositõm naturalem in epate generatã. et denoiatur a sanguie ꝓpter suã habundantiã sanguinis et eius dominiũ sup aliquos humores. et est id quod euacuatur p flobotomiã et scarificationem. Et cum dicimus ꝙ in corpore sunt humores quattuor. s. sanguis flegma colera citrina et colera nigra: non intelligimus tunc p sanguiné ipsam massam humorũ quattuor: sed intelligimus illum qui cóprehédit̃ p imaginationé et hũoribus aliis nó est mixtus. quarto expositóis eius i secũda epidimiarũ

℄ Sicut inuenitur in lacte humiditas aquosa quasi lauatura grosse partis in eo exiſtétis ita inuenitur in omnibus humoribus humiditas aquosa subtilis inequalis qualitatis a qualitate naturali eius humoris cuius est aquositas. et deterior aquositatibus est aquositas colere nigre: et minus mala est aquositas citrine: et lóge minus mala ea est aquositas flegmatis. et calidior et melior est aquositas sanguinis pinguosa. secũdo expositióis eius in sexto epidimiarũ.

℄ Colera citrina clara uel nó et similiter que est caliditatis dominãtis adeo ꝙ est sicut uitellum oui generatur in uenis et arteriis. Sed in ventre aliquãdo generatur colera uiridis sicut color porri et sicut eris erugo indici coloris subtilis. Parti. sexta de colera nigra.

℄ Colera grossa rubea clara est quam quidam uocãt similem uitello ouorum. Et fortasse uides eam plus humidam et minus rubeam. et illa est que nominatur proprie citrina. et forte uides ei permixtum flegma subtile aut humiditaté aquosam. Et est genus aliud colere cuius color est color porri. et multotiés quidé generatur hec colera in stomaco propter cibos nó recipiétes in stomaco digestioné sicut sunt sicla cepe et porri. et forte generatur hec colera in uenis propter caloré naturalem. et effundit̃ ab hiis aut ad stomacũ aut ad intestina. Expositóe eius in secũda pronosticorum.

℄ Egreditur p uomitum colera rubea sicut color arsenici rubei. et dicit̃ colera arsenicea et egreditur ipsa colera similis arsenico per secessum prima expositóis eius in. vi. epidimiarum.

℄ Omné hũorem frigidum qui est in corpe nos uocamus fle/

gma. et hic humor habet multos modos quorũ unus est frigi dus ualde qui generat dolores fortissimos . et assimilat̃ ꝑ aspe ctũ uitro liquefacto. et hic modus uitreus hẽt secũ aliquid sapo ris acetosi. Et alius modus ẽ qui cũ ab hũoribus emittit̃ per ex creatõem et sputa habet secũ dulcedinẽ sensibilem et nõ ẽ pure frigidus ꝑpter sui dulcedinẽ. Est et tercius qui sentit̃ ab eo qui ipsum expuit acidũ . et hic est magis frigidus q̃ uitreus et fri gidior q̃ dulcis. Est et alius modus salsus qui accidit aut ex cau sa putrefactõis sue aut ex causa humiditatis aquose salse sibi cõ mixte. secundo febrium.

¶ Cum decoquit̃ cibus in epate supfluitas ipsius similis spu me supemĩnẽti in musto dicit̃ colera citrina naturalis. et que re sidet in fundo feci similis dicit̃ colera nigra. et hoc ẽ uerum cũ corpus est dispositũ dispositõe naturali. Cũ aũt ẽ extra naturã tũc colera citrina fit similis uitellis ouorũ in colore et grossitie. hoc ideo. qa tũc huius colera inflãmatur et adurit̃ igneo calore Et alie oẽs spẽs colere sunt quasi medie inter ipsas secũdo uir tutũ naturaliũ.

¶ Splen et fel mũdificãt sanguinem. et qlibet eorũ attrahit a sanguie de colera et melãcolia ad se mẽsuratã quãtitatẽ qualita tẽ q̃ si irẽt ꝑ totũ corpus nocerent ei et remaneret in eo qcquid ex eis ẽ nimis grossũ et terreũ. Et in sũma qcquid nõ pót imu tari ab epate attrahit sibi splen et qđ remãet postea ex eo ꝑpate grossitiei et digõi trãsit ad totũ corpus . qa sanguis ẽ necessari us mẽbris pluribus ob grossitiẽ. et ita est iudicãdum de colera citrina secũdo uirtutũ naturaliũ.

¶ Specierũ colere aliqua ẽ naturalis q̃ ꝓdest aiali et aliqua ex tra naturã q̃ nõ ꝓdest. et ita ẽ de flegmate. Quod eni dulce ex ipso ẽ ꝓdest aiali qa ẽ naturale et quod ẽ ex eo accidũ uel salsũ nõ ꝓdest. accidũ uero accipit aliqđ ex secũda digõe q̃ ẽ in epe. Salsũ nõ ẽ corruptũ et qđ nõ digerit̃ a pria digõe q̃ fit in stõa co hũorũ aliquis nõ fit naturalis. secũdo uirtutũ naturaliũ.

¶ In stõaco fortassis colligit̃ chimus flãticus uel colericus et flegma est modis pluribus. est enim aliud accidum aliud sal sum. aliud dulce et aliud insipidum. et est etiam aliud molle sub tile. et aliud grossum uiscosum . et aliud aptum ad dissolutionẽ

et diuisioné. Et eodé modo est de colera rubea et citrina que cre
scit et decrescit in rubedine et citrinitate. et similiter é de specie
ebus colere que in corporibus egrotátium generanť. primo ex
positionis libri ciborum.

C Colere citrine uirtus est calida et sicca. et colere nigre uir/
tus frigida é et sicca. et flegmatis frigida et humida. et quilibet
istorũ humorũ decurrit quãdoq; ad mébra purus et solus sine
admixtione aliqua. et multotiés decurrũt admixti simul. secun/
do morborũ et accidentiũ.

C Horũ humorũ aliqui cómiscentur adinuicé et impossibile
est inueniri aliquem istorũ purũ quin sit admixtus cum aliquo
nisi raro. primo morborũ et accidentiũ.

C Cum dicimus humores flegmaticos intelligimus per hoc
omnes humores quorũ cõplexioni frigiditas et humiditas do/
minatur. et cũ dicimus hũores melancolicos intelligimus oés
humores in quibus domiatur frigiditas et siccitas. et de humo/
ribus flegmaticis et melancolicis reperiũtur plurimi aphorismi
qui determinãt quélibet hũorũ spéaliter et per se. tercio sciarũ.

C Differétia iter colerã nigrã et oés chimos nigros egrediétes
multotiés p uomitũ et fluxũ est qa in colera nigra sentiť p gu
stum et odoratũ acetositas et ponticitas manifesta aut utraq; si/
mul ad quã non accedunt musce. et cũ proiciť ex ea aliquid su/
pra terrã accidit ex ea sicut accidit ex forti aceto in cuius substã
tia est aliqua grossitudo. et hec generať spéliter i corpibus egro
tantium. sed in omnibus chimis nigris nó sentiť aliquis sapor
nec fugiũt ab eis musce. nec terra ãpullat ex eis. et si uocamus
aliquãdo melancoliã que generať in corpibus sanis colerã ni/
gram non intelligimus de illa que est supius noiata. Par/
ticula sexta de colera nigra.

C Melãcolia que é similis amurce sanguis et eius feci et é val
de grossa sicut fex vinuca cum aduritur in febre adurenti facit
uenire in terra ampullas etiã si cum ea modicũ sit acetositatis.
et hunc cõsueui vocare humoré melancolicũ p sanguiné melan
colicum. et que est in istis termis nó debet uocari colera nigra
tercio sciétiarum.

C Egritudines accidentes ex melãcolia sunt cancer elephãcia

scabies excoriatio cutis febris quartana melācolia et grossities
splenis. tercio expositionis ciborum.
¶ Chimus humor grossus queadmodū est ille qui apparet in
urina febricitātis ex multa indigestiōe, et qui descēdit in uria
alicuius sani nimis laborātis et comedentis cibaria dura diffici
lis digestionis assimilatur saniei. Et est inter eos differentia. qa
ille humor grossus non fetet nec est uiscosus sed ei est in sub/
stātia et colore similis. primo Expositōis ciborum.
¶ Operatio stomaci cum sit vna non potest sufficere duabus
operationibus aliis dominātibus in corpe infantis que sunt au
gumentū et nutrimentum cum attrahunt corpora eorum cibum
ex stomacis eorū antequā eius digestio in ipsis cōfirmetur, et
ideo in ipsis supfluitas augmentatur. Prima crisis.
¶ Proprietas humoris colerici citrini est desiccare sicut desic/
cat aqua salsa uel aqua marina. et hac de causa sifacia uenarū
icterici sunt sicca etiā si sit sine febre et pulsus eius est durus
et paruus. xii. pulsuum.
¶ Humor pungitiuus existens in stomaco cum est de gene/
re colere citrine ex causa leuitatis sue ascendit uersus os sto/
maci. et cum humor pūgitiuus existens in stomaco est porreus
aut acetosus aut salsus descēdit ad cōcauitatē uillorū stomaci :
nec ascendit nec supeminet in eius ore.
¶ Descēdit ad partes ani humor ex humoribus acutis qui et
si sit horribilis retinet et eius exitus prohibetur. et tunc reuer/
titur humor et ascendit sursum et generat in stomaco puncturā
replet caput fumositatibus et eas impellit ad stomacū. Et simili
ter accidit multotiens ex uentositate retenta petenti exitum per
inferiora que reuertitur et superiora petit. sexto morborum et
accidentium.
¶ Superfluitas cum decurrit ad aliquod membrorū et putre/
fit ibi augmentatur malicia et fumositas eius et corrūpit quod
accedit ad membra postea ex cibo etiam si bonus et utilis sit ci/
bus ipse. secūdo morborū et accidentium.
¶ Quecunque superfluitates in corpore resident putrefiunt
putrefactōe manifesta aliqua in breui tempore et aliqua in lon/
go. et cum perueniunt ad huiusmodi statum pungunt coleram

propter sui putredinem et mutāt qualitatem eius et fit tūc pun/
gitiua et corrosiua. et ipsius colere expulsio affectatur cistis fel/
lis eam expellit ad epar per collum suū per quod retraxerat ip/
sam. tercio uirtutum.

Frequens indigestio cibi siue bonus sit siue malus est mag
ne uirtutis ad generationē chimi mali. et ad generationem egri
tudinum. chimus uero malus generatus ex malo cibo peior est
malo chimo qui generatus est ex cibo bono. Particula sexta de
cibo bono et malo.

Chimorū malorum modi sunt duo. unus ex cibo subtili ali/
us ex cibo grosso. sed qui est ex cibo subtili generat egritudi/
nes acutas et alias quāplures egritudines, et cum decurrit ad
aliquod membrorum generat erisipilam et apostema quod di/
citur formica et multas alias passiones. Et qui est ex cibo gros/
so generat dolorē renum. asma et sclirosim epatis et splenis.

Chimi ipsius grossitiei cū misceat' colera nigra generat cā/
cros excoriationem cutis febrem quartanam melancoliam et fa
ciei deformitatem et emoroydas. Particula de bono cibo et
malo.

Chimi dominātes quātitatiue et qualitatiue sunt quattuor
scilicet flegma colera citrina colera nigra et sanguinis aqua. ex
positione eius in prima aphorismorum.

Ex solo flegmate inter alios humores non generatur colera
nigra etiam si sibi caloris fortis et adurentis dominiū misceat'
Expositione eius in secunda uentorum.

Flegmatis generatio est calore corporis, quia cum stoma/
cus propter fortitudinem caloris non pōt digerere cibos quos
cōtinet flegma in stomaco augmentatur. Expositiōe eius supra
librum de doloribus mulierum.

Superfluitas nigra minor est omnibus supfluitatibus. et
superfluitas citrina est maior nigra. et superfluitas aquosa satis
maior est his duabus. quinto iuuamentorum.

Ex humore melancolico naturali cum proicitur in terra ali/
quid non fit ebulitio neq; ampulla. et cum peruenit ad hūc sta
tum fit extra naturam per adustionem quam exquisiuit ab ex/

traneo calore. et tunc corruptus est ipse melancolicus humor. secundo virtutum naturalium.

Explicit particula secunda incipit tercia continens aphorismos dependentes a radicibus et modis medicine artis.

c Tatibus omnibus melior et temperatior est etas adultorum. Expositõe eius in humana natura.

¶ Etas adultorum est que consistit inter quartũdecimum et uigesimũquintum annum. Expositione eius in quinto aphorismorum.

¶ Etas senectutis et etas senii est frigida et sicca. et diuiditur seniũ a senectute termino cognito superfluitate humida scilicet quam habet senium cum manifesta defectione actionũ totius corporis. Particula sexta de ptisi.

¶ Corpus uirorũ omniũ purum et mundum a superfluitatibus et rebus ipsum impellentibus inspirat et expirat spiritu bono. Corpus uero mulieris loca uenarum cuius stricta sunt et impedita a pinguedine carne tenera et superfluitatibus flegmatis a quo nihil euaporat per cutim ipsius stricticitate et densitate contrarium. xi. pulsuum.

¶ Velox resolutio corporum purorum bona est eis bonitate magna ad aptandum quicquid egritudinis accidit corporibus eorum. et ad aptandum complexiones suas permutatas et ad aptandum multas et grossas superfluitates suas decimoquarto pulsuum.

¶ Corporibus raris accidunt egritudines quarum causa est ex extrinseco sepe et egritudinum quarum causa est ex humorum superfluitatibus accidit eis raro. corporibus uero densis contrarium. Particula. vi. de meliori formarum.

¶ Cum ad aliquod membrorum siue ex debilitate siue ex alia causa aliquid sanguinis defluit siue sit modicum siue sit multum accidit ex illo in membro ipso apostema calidum etiam si corpus minime sit repletum. Particula sexta de flobotomia.

¶ Cum augmentātur caro pinguedo uel chimi in corpore alicuius ultra solitam quantitatem et remanet uirtus in suo primo statu accidit corpori necessario debilitas motus. quia motor remansit in suo statu primo. et sunt res que uirtutē aggrauāt augmētare. Par. vi. de multitudine.

¶ Aptiora corpora ad receptionē spasmi sunt corpora puerorum propter debilitatē corporis nerui in eis. et omnino sepe accidit eis hec egritudo ex modica causa. et ei minus quā aliis est nocitiua. Expositione eius in prima epidimiarū.

¶ Corpora rara sunt debiliora et magis durantia sana et cum egrotantur facile cōualescuut. corpora uero densa cōtrariū: secunda expositione eiūs in tercia ciborum.

¶ Virtutē cōstituti in senio impossibile est fortem esse. et medici qui putauerūt pueros habere virtutē debilem in hac sentētia errauerunt. Parti. sexta de flobotomia.

¶ Longioris vite homines secundum indigentiam suarū cōplexionum sunt homines humide cōplexionis. quoniā hii sunt corporū magis sanorū et fortiū in longeuitate senii quā alii in eadem etate cōstituti dūmodo studeāt purgare corpora sua a superfluitatibus per exercitium et ingressionem balnei ante cibū et expulsione vrine et egestionis tempore congruo et purgare capita per gargarisationem et masticationem quādoqꝫ. quia superfluitates in corporibus dominorum cōplexionis huiusmōi calide et humide generantur. vi. consilii sanitatis.

¶ Omnibus complexionibus peior est complexio sicca. quoniam illud quod accidit senibus propter longitudinē temporis reperitur in istis ab eodem principio et sanitati illorum quorū complexio declinat ad siccitatem usus uenereus est contrarius et nociuus. vi. consilii sanitatis.

¶ Omēs partes urine in colore et substātia equales significāt uictoriā et dominiū nature supra morbū. et id qđ congregat uē tositatē in vrina est humor frigidus qui significat longitudinē morbi. Expositōe eius in. vi. aphorismorū.

¶ Melior urinis egrotantiū est que similis est urine pfecte sa/ni. et est urina cōpleta digestiōe digesta cum equali substātia et colore declinatōe ad citrinū tictum uel rubeū clarū. sed potius ad citrinū tinctū q̄ ad rubeū clarū. ueluti si aquā acciperes et ei aliquid aquositatis sanguinis uel citrine colere pmisceres. sep/timo crisis.

¶ Laudabilior spēbus omnibus urinarū est illa que ē pulcri coloris et est in ea nebula alba leuis et cōtinua. et precipue cum residet in fundo uasis. et cū nebula ipsa pendet in medio ē mi/nor prima. et cum ipsa nebula eminet in sūpficie est rarior secū da. et hee tres species significāt digestionē et specierū aliarum omniū urine alique significāt indigestionem. et relique signifi cant destructionē. primo crisis.

¶ Ipostasis laudabilis cōprehendit̃ rebus duabus. una ipsarū est ut non sit disiuncta et diffusa sed coadunata. et alia ut ita sit omnibus horis. quia urina que est sine sedimine in vna hora et deinde in hora alia cum sedimine apparet significat digestionē egritudinis nō esse completā. primo crisis.

¶ Ipostasis laudabilis pfecte digestionis signif cat ꝙ natura supauit morbum et incipit expellere humorē causantē morbū. et post istam in bonitate est urina que emittitur turbida post cu ius emissionē statim residet in ea residentia laudabilis. quod sig nificat ꝙ natura incepit opari et in proximo opatio eius pficie tur. Minor uero in bonitate isto secūdo modo est que emittitur turbida et postea clarescit. nec residet in ea residentia. et hoc sig nificat ꝙ tempus digestiōis est remotum etiā si natura ceperit operari primo crisis.

¶ Residet necessario in urinis eorū quibus accidit febris ex quiete et ocio uel multitudine cibi residentia multa. eorū uero quibus accidit febris ex cibi indigentia uel labore sepius termi natur morbus absq; aliqua residentia in ipsorū urinis. et suffi/cit ad significatōem digestionis ut appareat nebula alba lotus

cõtinua in sↄpficie urine uel in medio pendens. primo crisis.
¶ Febris cũ accidit ex humoribus crudis multũ erit sedimen in urina. et cũ accidit ex humoribus colericis non erit omnino aut erit paruũ. Expositõe eius in pronosticis.
¶ Vrinis omnibus infirmorũ peior est urina subtilis et clara que proprie similis est aque et est ultima emissio. et hec ẽ ualde remota a digestione. minus tamẽ mala est que emittitur subtilis et clara et statim fit turbida. et hoc significat ꝙ quãuis nondum natura agere incepit tamen in proximo et citra istã secundam in malicia ẽ que emittitur turbida et pmanet turbida quod significat ꝙ materia incepit pati digestionem et nõ in tendit ad aliquã prorogationẽ. primo crisis.
¶ Emittiť in urina in quadã passionũ renũ amurca subtilis similis assellatõi que emittitur in pricipio egritudinis epatis que parum magis est sanguinea quã illa. vi. scientiarum.
¶ Vrina pinguis cũ colore inequali de genere colere significat calorẽ febrilem liquefacere pinguedinẽ. Et urina pinguis cũ colore et substãtia similis colori olei significat calorẽ febrilem liquefacere carnẽ. et hec significat destructionẽ. quia caliditas liquefaciẽs carnẽ fortior est caliditate que pinguedinem liquefacit. iii. expositõis eius in secũda epidimiarũ.
¶ Velox penetratio et exitus urine aque similis ẽ egritudine que diciť diabetes. et ipsa urina quidẽ est in fine ultimo elongatõis a digestione et deterior urinis. et hec significat mortificationem quãdam duarũ uirtutũ naturaliũ immutatiue uidelicet et retentiue. prima crisis.
¶ Ipostasis nigra significat aut caliditatẽ igneã aut frigiditatẽ multam p que mors accidit uirtuti naturali. Et ipostasis plũbea accidit ex frigiditate multa tantum. prima crisis.
¶ Omis urina pueniẽs ad nigredinẽ est in fine malicie adeo ꝙ neminẽ vidi mingentẽ vrinã nigrã euadere. secundũ autem nigrũ significat destructionẽ maiorẽ. Nebula autẽ nigra i medio significat minorem destructõem quã nebula in medio pendens. prima crisis.
¶ Vrina alba subtilis vrina habẽs in sↄpficie nebulam eminẽtem uel in fundo residentẽ nigrã seu fuscã. et urina habẽs cor

pora ſimilia farro uel ſimilia fuſtis longis ſunt mortales. Et ſi/
militer urina nimis fetens ũrina pinguis et urina dicta oleagi/
na omnes he ſunt mortales. hee eni urine ſignificant morbum
in natura ſui eſſe magnũ. Particula. vi. in tpibus egritudinũ.

¶ Omnis color qui eſt in urina excepto albo citrino et rubeo
ſignificat pernitiem uel maliciam. Et ſimimiliter quicquid ap/
paret i urina exceptis his tribus ipoſtaſi videlicet vel nebula pẽ
denti uel natanti ipſa in ſuperficie laudabilibus ſignificat ma/
liciam uel mortem. I. criſis.

¶ Cum egritudo eſt tardi motus prolixa de conſuetudine eſt
in ea fieri criſim p exiturã precipue ſi minxerit eger urinã te/
nuem crudam tempore longo. Et ſi minxerit urinam ſpiſſam
plurimã in qua ſit ſedimen reſidens laudabile tunc certum eſt
ꝙ digeritur egritudo paulatim et cum exitura non accidit ſibi
criſis. iii. criſis.

¶ Cum egreditur in urina aliquid ſimile fruſtis ordei uel fru
ſtis lentis ſignificat ꝙ hoc eſt ab epate. et cum fruſta illa ſunt
ſimilia carni ſignificat ꝙ ſit a renibus. et cum ſint ſimilantia
fruſtis longis ſignificat ꝙ ſint a ueſica. et fruſta aſſimilantia
farro in quãtitate et duritia nõ alba ſignificãt ꝙ liquefactio eſt
in carne et in neruis fruſta nigra ſignificãt ꝙ liquefactio eſt in
carne ſplenis. Et urina pinguis ſignificat liquefactiõem ping/
uedinis. et vrina ſimilis vrine iumentorũ ſignificat multitudi/
nem groſſi humoris. I. expoſitõis eius in. vi. epidimiarũ.

¶ Ait Moyſes didici ex uerbis Galieni in criſi ſub compen/
dio ꝙ melior vrinis egrotantiũ que mingunt eſt illa in qua ap
paret ſedimen laudabile. et hec urina laudabilis vocatur prima
quia natura perficit ſuam operationem et digerit materiã mor/
bi. Et hanc ſequitur in bonitate urina que emittitur turbida et
poſt emiſſionem clareſcit in qua reſidet laudabilis reſidentia.
et hec ſignificat ꝙ natura incepit opari et in proximo perficiet
ſuam operationẽ et hec eſt ſecũda. Tercia ꝙ in bonitate eſt que
emittitur turbida et clareſcit nec reſidet in ea reſidentia aliqua.
et hec ſignificat ꝙ natura incepit opari nec puenit ad tempus
digeſtionis. et hanc ſequit in bonitate que emittitur turbida et
remanet turbida. et hec remotior eſt a digeſtione quã pcedens
et eſt quarta. ſequiturq cam que emittitur clara ſubtiliſ, deinde

fit turbida et hec significat ꝙ natura nondum incepit operari. sed tamē in proximo incipiet. Et urinis omnibus peior est que emittit̄ subtilis et remanet in sua subtilitate et hec significat priuationē digestionis totalem in instāti tempe et futuro.

℃ Explicit particula quinta. Incipit particula sexta de significatōnibus egritudinū specialium.

Significatōes apoplexie cōprehendūtur p dispositōem spiritus. si aufferatur motus spūalis totaliter est apoplexia maior et peior. et si in spiratiōe et exspirato est dura et angustiosa passio quidem fortis est et mētalis non tamē priori similis. et si spiritus sit diuersus non eiusdem ordinis aliquādo quiescens passio quidem est fortis sed nō tenetur priori similis. Et si spūs sit vnius ordinis passio est debilis in qua si medicus omia machinet̄ est possibilis cura eius.

℃ Amissio spiritus fit aut ex defectōe uirtutis pectoris mouētis: aut ex nimia frigiditate in cerebro dominātē. iiii. aforis.

℃ Desipiētia ex sola caliditate absq3 materie corruptōe est similis desipiētie eminēti ex potatiōe vini. et illa que fit ex colera citrina habet sollicitudinē et tristiciā. cuius incēsio si augmentet̄ et mutet̄ in colerā nigrā quasi maniā facit. vi. afforismorū.

℃ Sternutatio in egritudinibus lōgis exceptis egritudinibus pectoris est signū bonū. quia significat digōem et uehemētiam uirtutis in cerebro existentē. Expōne eius in pria ꝑnosticorū.

℃ Propriū signū spēi repletōis que fit secūdum uirtutem est grauedo et spēi repletōis que fit secundum vasa est tensio. Particula. vi. de flobotomia.

℃ Accidit ꝙ uene exteriores sunt plene extenseq3 nec sunt interiores ita sicut fit uel ex caliditate uel hora balneationis cum aqua calida. et accidit ꝙ uene exteriores sūt vacue et inanite interioresq3 replete fit ex forti frigore. et repletio uenarū exteriorū nō ē signū multi sanguis nisi duobus pactis. primū ē equalitas caloris i interioribus et exterioribus corpis. et scdm ē calor extraneus qui nō ambit corpus ut est febris adurens.

Particula sexta de multitudine.

℃ Accidunt nobis ex chimis morditiuis quattuor spēs egritu

dinũ a chimo qui mordet parũ accidit pruritus . et a chimo qui mordet amplius illo accidit horripilatio. Et a chimo qui multũ mordet accidit tremor . et a chimo qui mordet magis isto accidit scabies. Particula sexta de multitudine.

ℭ Ait Moyses. attende qualiter posuit differentiã inter pruritum et rigorẽ et tremorẽ p gradus humoris morditiui tantum, addens in ipsa pticula additamentũ ad probandũ ea que dixit i pticula sua de rigore et tremore. Et dico ꝙ nõ est diuersitas aliqua inter ea que dixit hic de tremore. et ea que dixit ibi de rigore. quia utrũqꝫ dictũ est uerũ. nam p ipsorũ statũ habet̃ intentõ eorundẽ. quia nõ diuersificatur fortitudo et debilitas humoris morditiui nisi p varietatẽ locorũ eius. quoniã probauit in particula sua de rigore et tremore ꝙ humor morditiuus in statu opilatõis est in cute tantũ. et faciẽs tremorẽ est in omnibus membris que sunt sub cute et hoc est uerũ. Cõphendimus igitur et nos ex eius dicto ꝙ pruritus est in sũficie cutis non in ea parte qua cõiungitur carni.

ℭ Accidit hominibus ex multitudine flegmatis dulcis multus somnus. et ex multitudine flegmatis acetosi fames. et ex dominio flegmatis salsi sitis. et ex dominio flegmatis crudi cessatio sitis. Parti. vi. de multitudine

ℭ Generatio saniei fit ex dominio caloris naturalis sup ipsis humoribus digerendis et immutãdis. et tũc fiũt egritudo et dolor fortiores et acuitur febris et fortificat̃. et cũ egredit̃ sanies remanet membrũ incolume sicut erat. Cum uero cessat calor naturalis uel tepet nec potest penitus digerere illos humores ꝑpter suã debilitatẽ non generatur in membro sanies nec dolor ledens ipsum neqꝫ febris. sed putrefit et corrũpitur adeo ꝙ desideratur nimis eius abscisio in toto. et simile accidit ei a quo recedit febris si apparuerint in eo signa exprimẽtia mortẽ nec apparuerũt signa pronosticãtia bonũ. Expositõis eius in tercia epidimiarũ.

ℭ Melancoliã compositã cũ frenesi significat infirmi uerborum multitudo. quãdoqꝫ ꝙ est ex signis frenesis et taciturnitatis multitudo. quãdoqꝫ ꝙ est ex signis melancolie. iii. expositionis eius in tercia epidimiarum.

¶ Euacuatio supfluitatis augmẽtata habet fieri aliqua istarũ triũ partiũ. aut solutõe uentris. aut urina. aut sudore. Et cũ na tura sponte ad aliquã istarũ trium partiũ declinat in euacuãdo superflua subtrahit se a duabus reliquis. Et ideo cum per sudo rem crisis fieri debet constipatur uenter et retinet urinã neces/ sario. et accidit egrotanti rigor et post rigorẽ sudor. Prima ex/ positõis eius in sexta epidimiarũ.

¶ Desiccatio lipitudinis que est in oculis. et sudoris qui est in facie ad similitudinẽ pulueris significat malum. Et similiter ob scuritas uisus in egritudinibus acutis significat mortificatõm uisibilis uirtutis. Prima expõis eius in sexto epidimiarum.

¶ Signa si fuerint ualde mala sintq3 accidentia uel egritudiẽs et facies egroti appeat pulcra nimis similis statui naturali hoc non significat malum. et si signa fuerint debilia sintq3 accidẽ/ tia uel egritudines faciesq3 eius sit ualde dissimilis statui natu/ rali hoc significat malum. sexto expositionis eius in. vi. epidi/ miarum.

¶ Nemo melancolicorum est expers alicuius timoris non ti/ mendi que egritudo cum fuerit pura quod timetur uidetur sibi vnum. et cum egritudo est composita quod timetur uidetur sibi duplex uel triplex. Et ex his aliqui sunt qui timẽt quamlibet rẽ secundum egritudinem sui fortẽ. Expositõis eius in sexto epi/ dimiarum. Et dixit insuper in ipsa particula Galienus. Virtus animalis sequitur compositionẽ corporis. et nomẽ melancolie et timor in lingua greca idem significãt.

¶ Cum fluxus sanguinis nariũ tempore sanitatis fit sanguie malo oportet corpus reparari sanguine bono p cibos grossos uenas replentes sicut est farrum. lac. caseus recens. carnes por cine agnine et edine. Et non cum fluxus sanguinis nariũ tem/ pore sanitatis fit sanguine multo. iii. expositionis eius in sexto epidimiarum.

¶ Vnum ex ueris et magnis signis significantibus in egris corpibus fortitudinẽ est oculorũ ipsorũ apertio et clausio sicut in sui tpe sanitatis. quarta expositõis eius in. vi. epidimiarũ.

¶ Colores lingue significãt chimi dominiũ existentis in ve/ nis que sunt in ptibus epatis renũ et uesice. et lingua nigra est

cui dominatur ficcitas maxima et fignificat febré adurentem Expofitóis eius in.vi.epidimiarum.

¶ Cibum vnctuofum et cibű dulcé faporat tantű qui é fanus egri vero faporát vniuerfa cibaria exceptis his duobus fecűdű egritudiné fuam.v.expofitóis in.vi.epidimiarű.

¶ Sudor frontis et colli et partiű pectoris fignificat debilitatem virtutis aialis frequés indigeftio.et efus eorű quibus ineft aliqua putrefactio et panis groffus fignificat lumbricos in ventre.vii.expofitóis in.vi.epidimiarum.

¶ Inclinatur aliquis medicorű et putat fanguiné fuphabundare in corpe et nó fuperhabűdat et hoc accidit ex caliditate aeris aut ira aut febre quéadmodum accidit mari dilatato et ipfű putat effe diminutű et non diminutus eft.et hoc accidit ex frigiditate ipfum ad interiora corpis impellété ficut mari accidit fluctuanti. Prima expofitionis humorum.

¶ Colera nigra eft ualde mortifera cum apparet aut in fputo vomitu egeftione aut vrina.et poft eam colera citrina cum appa ret pura et ceteri humores funt minoris nocuméti cum apparét in aliquo iftorű.fecűdo expofitóis humorű.

¶ Puftule cű apparét in lingua fimiles granis pentadactili nigris fignificát egrű nó viuere die fecűdo. Et cű apparét in digitis manuű in quacunq; febre apoftema nigrum fimile grano orobi cum nimio dolore fignificat egrum mori in quarto die. Particula fexta de fignis mortis.

¶ Multotiens egrediútur cű vomitu uel egeftione chimi nigri quorű egreffio quádoq; fignificat bonű. fed colera nigra cum egreditur cum vomitu uel egeftióe fignificat piculű. quia cum malicia eft generata aduftio eius.minus tamé piculofa é colera nigra que fit ex aduftióe multa fecis fanguis. et piculofior é q̃ generat̃ ex aduftióe colere.ipfa eni magis nocet mébris ea plurima corrofione corrodens. Particula fexta de colera nigra.

¶ Is qui habet cótinuá experientiá in his duobus chimis facile cognofcit caufá. quare egreffio colere nigre a corpe é fignű piculi. Is uero q nó expertus é admiratur et cótradicit dicens egreffio alicuius nociui uel valde nociui a corpe fignű deftru

ctionis nullo modo potest esse. Eadem pticula.

¶ Cum egritudo est maior virtute morit̃ sine dubio egrotans et hoc significatur ex eo ꝙ vides signa defectus digestionis augmētari de die in diem. Et quāto magis ꝓlongat̃ egritudo tanto magis mortalia signa apparēt. Particula. vi. de temporibus egritudinum.

¶ Impossibile est aliquo tempe apparere signū significans digestioné quādo significat melioratōem et maximā bonitatem. sed sanguis exiens a corpe et sudor et exiture apparētes suo tēpore et loco sunt utiles et inutiles non suo tempe apparentes.

¶ Signa digestiōis significāt ꝙ eger saluat̃ et non significāt ꝙ necessario accidat sibi crisis. qa possibile est ꝙ quādoqꝫ egritudo dissoluitur paulatim lōgitudine dierū. primo crisis.

¶ Superfluitas cuiuslibet mēbri corpis significat dispositionem que est in membro cuius ipsa est supfluitas et ipsa digesta significat sanitatem sui et indigesta significat egritudinem. vnde vnūquodqꝫ horum triū generū significat digestioné sibi ꝓpriam. Egestio nāqꝫ q̄ est secūdum dispositōm naturalem significat digestioné factā in uentre. et vrina significat digestionem factā tantū in spiritus instrumētis. prima crisis.

¶ Iacere corpe supino et aperto ore sine quibus non est stertio significat hec accidentia debilitaté vel ebrietatem uel dissolutioné. secundo motuū lacertorū.

¶ Mania accidens ex humore melancolico est minus mala ea que accidit ex adustione colere citrine. et ea que est ex adustiōe colere citrine est minus mala ea que est ex colera nigra. ex humore uero flegmatico nunquā mania fit.

¶ Ex humore suphabundante in corpore cerebri qui puenit ex adustione colere accidit melancolia et pmutatio mentis cum cursu ueloci. et in statu febriū adurentiū permixtiōes accidētes pueniūt ex acutis fuōsitatibus q̄ i cerebrū ascédūt. iii. sciarū.

¶ His qui patiūtur scotomiā et uertiginem ex cerebro accidit oculorū obscuritas casus et reuolutio ex re modica. et patientibus scotomiā et vertiginé ex ore stomaci cordis tremor et fastidiū accidit. et deide pscripta accidētia accidūt eis. iii. sciētiarū.

¶ Ex patientibus emigraneá aliqui sentiūt dolorem extra cra neū. et aliqui sentiūt ipsum in profundum capitis puenire totū Et dolor in emicraneo puenit ad finé diuidenté duas partes ca pitis. et cum dolor est ex uentositate fit cum dolo. e tensio con/ iuncta. Et cum ex supfluitatibus colericis sentitur dolor mordi tiuus. Et cum ex multitudine humorū sentitur cum eo graue/ do. et cum cōiungitur cum grauedine color et caliditas illi mul ti humores non sunt acuti. tercio scientiarū.

¶ Motus lingue est ex septimo pari parium nerui cerebri. et cum lesa est pars dextra et pars sinistra cerebri in loco genera/ tōis huius paris septimi: dominus egritudinis huius est in de/ speratōe taciturnitatis. et cum lesa est aliqua partiū ipsius tunc accidit patienti dissolutōis aduentus: que dissolutio ledit motū lingue secundū sui mediū. ledit etiá mébra alia quādoq3 q̄ sunt sub caput. iiii. scientiarum.

¶ Signa frenesis sunt. xvi. et sunt: uigilia: somnus: inquietas alienatio mentis que paulatim crescit: febris acuta cōtinua: obli uio presentiū: modica sitis. et eger incipit currere et furere: spu tus malignus et spissus: pulsus paruus et defectiuus cum du/ ricia: decerptio pilorū a uestibus uel stipularū a parietibus. lin ue grossities et nigredo: dolor posterioris partis capitis: sicci/ tas lippitudinis oculorū et ex uno ipsorū emissio: lacrime cali/ de: fluxus guttarū sanguinis a naribus: falsus auditus: lesio uirtutis motiue in corpe toto uel prope: et in figura decubitus iacet infirmus prostratus; et cum difficultate respondet. et sig/ na hec sunt aliquādo omnia simul: et aliquādo pro maiori pte. v. scientiarum.

¶ Fluxus sanguinis nariū cum est factus ex pte in qua é apo tema est laudabilis. et factus ex parte cōtraria est illaudabilis. tercio crisis.

¶ Quecūq3 ex aialibus et plantis crescūt uelociter ita ueloci/ ter finiūt uitam suam. Expōis eius iu secūda epidimiarū.

¶ Decurrūt in aliquibus egritudinibus acutis hūores mali in pulmoné: quātitas quorū est modica nec generāt apostema. et ipsis exeūtibus p sputū putat qui nō exptus est in sciétia medi

cine ꝙ egrotās patiatur pleuresim uel piplemoniā et nō ē ita

Expositōis eius in.vi.epidimiarum.

¶ Tussis maligne causa est: aut fluxus fluens a capite: aut ul/cus: aut apostema in aliquo instrumētorū spūs et sanies colle/cta in pectore. tussisqꝫ secure causa est: et mala cōplexio instru/mentorū spūs et grossities gutturis uel canne pulmōis. et tus/sis secura in febribus cum est nimis fortis calefacit ptes pecto ris et pulmōis. et augmētat potētiam febris et fortitudinē sitis. et cum est debilis et ꝑ longa interualla mouet mēbra ad attra/ctionē humiditatis subtilis tēperate quātitatis que sitim dimi/nuit et calorē febris.

Expositōe eius in.vi.epidimiarū.

¶ Causa mali spūs eius videlicet quē opatur sicut diximus lacertus pectoris. et causa etiā quā opatur lacertus qui infra co stas existit est altera harū trium causarū videlicet uirtutis defe/ctio constrictio instrumentorū spiritus. calor dominās supra cor et pulmonē. malū autē spiritū qui fit caloris dominio tātū supra cor et pulmonē cognoscimus ꝑ spiritū uelocē fortem et spissum et emissionē aeris calidi et ebulientis ꝑ expirationem cum insufflatione. Et spiritum malum qui fit uirtutis defectiōe tātum cognoscimus ꝑ spiritū non uelocē neqꝫ spissum et exitū aeris liberū ab insufflatōe oris et dispositōe narıū se cōstringē tium extremitate sui: et que dicunt folia duo cū aer attrahitur. et hoc est illud quod significat potissime uirtutis defectionem. Malum vero spiritū qui fit in cōstructione instrumentorū spūa lium tantū cognoscimus ꝑ dispositōnem pectoris quod videtur extendi in magnam extensionē et spiritū velocem et spissum et emissionem aeris absqꝫ insufflatōe.iiii.scientiarum.

¶ Tussis accidit ex mala cōplexione equali uel inequali que ē in pulmone. et cū ipsa mala cōplexio est calida parum pondus spiritus immutat. et cū est calida multū generat desideriū attra/ctōis aeris frigidi et potus frigidi: et cum ꝓlongatur generat fe brem. Et cum complexio est parum frigida generat desideriū attractionis aeris calidi et potus calidi et cum est frigida multū et fortiter repletionem generat in pulmone. quarto sciētiarum.

¶ Signū significās dispositōem pleuresis est cōtinuus dolor qui nō diminuit̄ p appositōem cataplasmatū. Et signū significans magnitudinē pleuresis et eius maliciā est augmētatio viscositatis sputi et prohibitōis egressus eius viscositate et tenacitate sui in membris egris. Expositōne eius in prima morborū acutorum.

¶ Quicunq; ex sui natura similis est ydropico huic cito accidit ydropisis. et similiter quicunq; est similis ptisico cito accidit ptisis. Et quicunq; similis est melancolico ei cito accidit melancolia. et idem est iudiciū in qualibet egritudine. et simile est in accidentibus anime. quia qui est cito mobilis ad loquēdum mala verba cito incidit in permixtionē mentis. v. expositōnis eius in sexto epidimiarum.

¶ Et dixit in tercia expositōis eius in tercia epidimiarū q̄ homini insensato mobili et ualde ueloci accidit pmixtio mētis ex modica causa. et ei qui est extra huiusmodi nō accidit mētis permixtio nisi ex causa magna.

¶ Color albus viridis significat epar apostematū esse: et color viridis niger significat splenem apostematum esse. et color albus phisticus significat apostematum pulmonem. et colores hi sunt cum ipsa apostemata minime sunt accensa. Expositōis humorum.

¶ Singultus significat malum in eo qui habet epatis apostēata. Et spasmus in patiēte vigilias similiter. et tussis in idropico supueniens significat mortē. Et sternutatio forte supueniens sponte ei qui singultū patitur significat dissolutōem singultus

Particula sexta de signis mortis.

¶ Mala cōplexio cordis duobus modis est: aut in humiditatibus sibi necessariis: aut in eius corpe duro. Et mala cōplexio existens in suis humiditatibus est cum iectigatōe totius cordis et mala complexio ipsius cordis duri est absq; iectigatōe sui. xv. pulsuum.

¶ Febris ethica multotiēs ꝓuenit propter apata epatis et stōi que non curata sunt recto modo. quinto febriū.

¶ Incuruatio ynguiū ptisim significat. cuius causa est ulcus

pulmonis et denigratio lingue significat febré adurenté. et pmutatio coloris corporis in speciem aliam a specie coloris permutati. cuius causa est splen debilitatem epatis portédit. primo scientiarum.

¶ Signa malicie ascédentis supra hec eructatio acetosa post cibi assumptóem. sputú multe quátitatis molle ardor in hypocundriis. gurgulatio que nó accidit nisi post receptóem cibi p horá malus spiritus: tristicia: et accidés anime simile accidenti quod accidit melancolie melancolice. et dolor ventris fortis pueniés in aliquibus ex ipsis usq3 spiná: quorú aliqui vomút cibú post tépus. aut sequenti die. neq3 inueniút remediú nisi p vomitum et secessum et digestioné boná. tercio scientiarú.

¶ Retractio ypocundrii sursum est spéale signú apostematis dyafragmatis: quod statim apparet ab ipsius principio. Et similiter cum cófirmatur frenesis retractio est ypocúdrii ad sui ultimú. et in hoc apostemate dyafragmatis fit pulsus aliquádo inequalis paruus aliquádo inequalis uelox. et aliquádo inequalis spissus tremulo similis. tercio scientiarum.

¶ Accidentia cócomitantia apostéa lateris que nó deserunt ipsum sunt quádoq3 febris acuta: dolor pungitiuus in latere: spiritus paruus et spissus. pulsus dictus serra: et tussis que frequéter fit cú sputo: et aliquando fit sine sputo. et hec significat aut uelocé mortem aut egritudiné longam. v. sciétiarum.

¶ Signa apostematis caloris in epate sunt octo. et sunt febris adurés: sitis fortis: destructio appetitus ex toto: rubedo lingue in principio et postmodú nigredo eius: vomitus colere vitelline in principio et in fine eruginose: dolor lateris dextri ptendens ad furculam. et spéaliter cú retrahunt ypocundria sursum. tussis parua. quandoq3 sensus grauedinis et puncture dependentium in latere dextro: et querela patientis multotiens de costis posterioribus: precipue cum epar ex sui generatione est cóiunctum ipsis costis: et incarceratio egestionis propter apostemata etiam si epar debile non existat. quinto scientiarum.

¶ Qui habent egritudinem dolorosam inuiti dolorem sentiunt inter scapulas: pro eo q meri supra os spine est protensum. primo scientiarum.

¶ In apostemate epatis generato i parte gibbi: dolor et motus tussis magis accidūt: quoniā in eo quod generatur i parte cōca ui: adeo ꝙ sentitur ꝙ furcula retrahitur inferius. et i apostema te generato in parte concaui destructō appetitus. fortitudo. sitis uomitus colericus. et fastidium accidunt magis quam in eo q̄d quod generatur in parte gibbi. v. scientiarum.

¶ Aquositas sanguinis subtilis quandoq; emittitur cum ege/ stione i egritudine epatis ex mala compositōe frigida: que mul totiens est sine febre: et cum prolongatur egritudo sequitur cā febris: quia sanguis epatis corrumpitur: et qui non attendit hu iusmodi egritudinem nec expertus est uilipendit huiusmodi fe brem uel putat egrotantem non febricitare.

. I. scientiarum.

¶ Egritudo inducens dolorem capitis uel est in partibus om/ nibus que sunt extra craneum: uel est i omnibus partibus que sunt infra ipsum: uel est in aliqua partium capitis: scilicet gene re arterie tantum et uene: et in genere nerui; et in genere pelli/ cule et in genere cutis: et est egritudo in substantia corporis ce rebri: et scire loca egritudinis ueraciter res difficilis est et labo/ riosa ad quod non peruenit nisi qui inspexit et uidit illud sepe.

Secundo miermir.

¶ Dolor qui oritur ex seipso facile et cito decurrit ad locum uicinum sue origini sicut accidit in doloribus habentibus sum mam fortitudinem et summū laborem: ut sunt dolor emicranei et dolor galce et dolores neruorum tensorū in longum ultima tensione: et cum dolor est in pricipio nerui et eius ultimo egro tans dolorem nerui sentit in interioribus corporis cum dolor ē in pellicula sita sub cute que cum excoriatur inuenitur cōtinua cum ea accidit dolor tensus et dormitans.

Secundo Scientiarum.

¶ Cum dolor est in pelliculis ossa circundantibus patiens sē tit sensum doloris in iterioribus corporis: et imaginatur ꝙ ipe dolor est in corporibus suorum ossium: et plures uocant perfo/ ratorem ossium hunc dolorem: et hoc secundū magis accidit ex labore. Secundo scientiarum.

¶ Specialis dolor arterie et uene uidetur domino huius ꝙ sit dolor corpis tensus ad modum corde. et dolor carnis longa tensione tensus nullatenus inuenitur.ii.scientiarū.

¶ Sudorem frigidum impossibile est uenire a locis in quibus est acuta febris, Nam si ab his locis pueniret calefieret a calore febris. sed uenit a locis que iam frigida sunt propter extractum iam naturalem caloré.uel propter vicinitatem sui ad extinctionem.et hoc significat aut morté aut longam egritudiné Sed tunc significat longam egritudiné cum in corpore multe supfluitates frigide dominant. Expōe eius in quarto afforis.

¶ In pluribus longarum egritudinū infrigidantur digiti.sed in febribus ethicis calesiūt propter modicā carné in digitorū ethicis.et demóstratur ꝙ febris iam est in mébris radicalibus collocata.Expositōe eius in secūda pronosticorū.

¶ Sapor sudorū sanorū est salsus.et similiter est in egris.sed tamé parū permutat' eius salsugo et declinat in saporé hūoris dominātis qui egritudiné generauit.I.Expositiōe eius in secūdo epidimiarum.

¶ Imprime manū tuam supra ypocundria tensa in principio egritudinū suarū et cognosces per illud si in eis est apostema calidum.apostema durum:inflatio:sanies:aut multū stercus: et egritudine ipsa cognita incipe dissoluere ipsam.Expositione eius in secundo epidimiarū.

¶ Destructōis appetitus forsan causa est humor aliqs in ore stomaci existens:et forsan est epatis natura. Sed cū pestis huiusmōi est ex natura epatis accidit ex destructōe appetitus quoddam pessimū egrotāti desideriū.s.mortis.quia non sapit.I.Expositōne eius in tercio epidimiarū.

¶ Apostematibus ōibus laudabilius est quod magis apparet exterius:et post hoc qđ hét caput acutū. et apatibus ōibus est peius quod é his cōtrariū. Et apatibus digestiuis laudabilius é cuius digestio é equalis et nō hét duricié circumcirca. I.expositōe eius in.vi.epidimiarū.

¶ Spasmus accidés ex pcussiōe uel ex medicie solubilis potione significat malū.et risus accidés cetanū patiéti morté significat ipsa hora.Particula.vi.de signis mortis.

¶ Si quis patitur ulcus intestinorũ et accidit ei sitis fortis et apparet post aures eius pustule nigre similes granis orobi moritur, et crura ad que chimus defluit difficile curantur.

¶ Particula sexta de signis mortis.

¶ Itestinorum aliquod vulneratum ex colera nigra nullo modo potest curari: et vulneratum ex colera citrina difficile curatur, et similiter est status aliorum morborum interiorum.

¶ Particula sexta de colera nigra.

¶ Egestio lenis cõtinua bona est que nõ pcedit nisi postponit horam suam naturalem quãtitas cuius secũdum compationem eius quod assumptũ est de cibo, et cum cõgregant omnes iste pprietates quatuor in egestione oportet tũc q sit egestio cocta que digestionis cibi significat bonitatem.

.I. Crisis.

¶ Accidit rei cuius digestio et decoctio consumata est iam ut exiccetur humiditas eius causa caliditatis fortis in membrum que sunt in circuitu stomaci et que sequũtur ipsum et sunt corã eo, et ut leuis descendat existens subtilior propter debilitatem uirtutis facientis penetrare et dantis cibum. Fex autẽ leuis cõtinua significat per seipsam sanitatem digestiõis et fortitudinẽ eius et significat adhuc p accidẽs q penetratio cibi est secũdũ quod oportet. et significat iterũ p hoc quoniã nõ est in aliquo membrorũ que sequũtur uentrem caliditas supflua ex apostẽate vno neq alia re. .I. crisis.

¶ Egestio leuis continua que egreditur in hora in qua egrediebatur in sanitate mior quã oportet secundũ cõparatõm cibi assũpti significat illud quod aliqd ex eo retinet in intestio orbo et intestino colon noiato. aut in aliqua spẽrũ graciliũ intestinorũm etiam illud quidem non bonũ est ymo malum. I. Crisis.

¶ Egestio que non est digesta est aspera non continua et subtilis seruans cibi illius cuius est superfluitas qualitatem.

I. Crisis.

¶ Color viridis fit cum incipit fieri color niger, et ideo mala

est egritudo in qua apparet vomitus viridis egestio viridis vel urina viridis quem colorē sequitur color niger in aliquo predictorum

.I. Crisis.

❧ Egestio similis loture carniū recentiū significat uere debilitatē uirtutis epatis. et egestio sanguinis grossi feci similis significat epar esse debile i sanguinis actione. primo Scientiarum.

❧ Sanguis qui primo egredit̄ cū egestione pinguis. subtilis. et cū ꝓlōgat̄ mora egredit̄ sanguis niger grossus de genere colere nigre postea i fine egredit̄ colera nigra putrida .i. Sciarū

❧ Superfluitates male que in epate et mēbris aliis cōtinentur expellūtur quādoqꝫ fortitudine ipsorū epatis et mēbrorū et egrediunt̄ egestiones tūc diuersorū colorū et odorū malorum similiter et urine. Et in his errant plures medici nō experti et putāt egrotū morti esse proximū. et hee euacuationes sepe fiunt post morā egritudinis absqꝫ apparitione signorū digestionis. primo Scientiarum.

❧ Aliquibus egestio sanguinea et aliquibus uomitus sanguineus accidit queadmodū eius cuius manus uel pes īcidit̄ uel ei qui amisit exercitiū. uel ei cuius retinet̄ sanguis emoroidarum uel ei cuius retinet̄ sanguis mēstruus uel sanguis ani et ab eis ꝑ egestionē uel uomitū egredit̄ uerus sanguis sicut sanguis iugulationis. sanguis uero qui causa disruptōis apātum digestionis accidit et egredit̄ ab illis tam per superius q̄ per inferius ē similis sanguinis feci. primo scientiarum.

❧ Egestiones sanguinee ex egrotatōne epatis subito emittuntur et ex egrotatōne itestinorū nō emittūtur subito. Sed primo egestiones colerice egerūtur que multum mordēt et deinde egestiones ipas colericas sequūtur rasure intestinorū et postmodū cū ipis rasuris emittit̄ sanguinis parum. sexto scientiarum.

❧ Egestio sanguinis que egredit̄ ab epate retinet̄ ꝑ duos uel tres dies et redit postea prior qui primo fuerat nec egreditur cū eo rasura. et hec duo significant non esse ulcera i intestinis. sexto scientiarum.

❧ Egestio cuius color ē citrinus tictus purus accidit quādo effūdit̄ de colera citrina ad uētrē res plurima pura. et egestio uiridis significat ꝙ permixta est ei colera que est ut erugo eris.

Et nigra egestio significat q pmiscetur ei colera nigra aut sanguis iam adustus illic. et si uides coloré egestionis quasi trahentem ad offuscationé et plübeitaté et eger nó comedit aliquid cuius iste color sit significat illud frigus congelatóem forté i mébris interioribus adeo q iá sunt in mortis termino constituta. primo Crisis.

Egestio pinguis uel unctuosa preter qđ eger comederit aliquid pingue significat liquefactioné mébrorũ Et egestio uiscosa si uiscositas illa nó est a cibo qué eger sumpserat significat mébrorũ radicalium liquefactioné. Sed unctuosa uel pinguis non est nisi quando liquefit adeps uiscosa uel quádo liquefiũt mébra dura et ideo hec é plurimũ deterior pria. primo Crisis.

Egestio superflui fetoris si fetor eius nó est ppter cibum significat putrefactionem uehementem. primo crisis.

Egestio cũ uoce significat q illud quod egreditur est uentositas grossa cũ humiditate subtili et q instruméta ex quibus egreditur sunt cópressa coartata et stricta. primo Crisis.

Egestio i qua é spuma fit secũdũ modũ quo spuma accidit i rebus exterioribus et ppter rem bulienté et propterea quia resistit uétositas grossa humiditati et prima quidem harũ duarum pprietatũ nó fit nisi caliditate superflua liquefaciente corpus, et secunda generatur a cómotóne inequali. primo crisis.

Egestio inequaliũ colorũ significat q i corpore sunt egritudines inequales que requirũt lõgum tempus ad digestioné sui et ideo difficiles sunt et male et ipsorũ difficultas fortitudo et timor é secundum multitudinem sui. primo Crisis.

Accidentia uirtutis retentiue cómixta adiuicé generant singultum. quia stomachus tpe singultus restringitur super cibo pessima restrictóne expulsiua uirtute mouente se tũc falso motu. vi. morborum et accidentium.

Egestio nigra generat aut ex dominio adustióis aut ex falsa putredine et ex decursu melancolici humoris. Expositione eius in quarto afforismorũ.

Egestio nigra apparés in pricipio egritudinis significat pestem epati accidisse. et apparens post statũ egritudinis multotiens significat bonũ pcipue si appareat cum natura egritudinis

supfluitates expellit. Expositõe eius in quarto aphorismorum
¶ Amissio appetitus in principio egestionis sanguinis. cum colerici humores ab epate defluũt ad intestinũ et ipsum excori-ant. et ad stomacũ similiter non est signũ malum. Sed cũ pro-longatur egritudo et amittitur appetitus est signũ malum. quia hec significãt mortificationẽ virtutis. Expositione eius in sexto aphorismorum.
¶ Sanguis cõgelatur et colligatur frustra similia sanguisuge in vesica. et similiter cõgelatur in intestina stomaco et pectore ĩ quibus mẽbris est fortior quã in uesica et ex illo accidit egroto sincopis citrinitas coloris pulsus paruus debilis et spissus et calesit eger et laxatur. et hoc multotiens inspicientẽ adducit ad admirationẽ qualiter a sanguine qui inter humores ceteros est amicus nature cum a suis vasis egreditur accidunt huiusmodi accidentia mala et accidentia hec sequũtur irruptõem et mortifi-cationẽ mẽbrorũ. vi. sciẽtiarum.
¶ Calculus non generat̃ nisi in renibus uel uesica et secun-dum quosdam in intestino quod colon dicit̃ generat̃ primo sci-entiarum.
¶ Comphenduntur egritudines multotiẽs arte medicine per signa cum existimatõe et curãtur egritudines ipse arte medicia si vera et non cum estimatõe. secundo miermir.
¶ Ait Moyses. Iam cognoui uerba medicorũ dicentium esse virtutem aialem spiritualem et uirtutẽ naturalem. Sed ego dico nunc in hac dispositõe omnes actus corporis humani esse acti-ones corporales. Et dico nũc ꝙ nobilior actuum corpalium est actio inspirandi et expirandi et post hunc pulsus. et post istum sensus. Et nobilior sensuũ est visus deinde auditus. et post hũc sensus appetitus cibi et potus. et post hũc loquela. et post hanc est mẽs uidelicet imaginatio et memoria. et post hec motus om-niũ mẽbrorũ secũdum motũ ꝓprium. et huiusmodi gradus no-bilitatis est secũdum necessitatẽ uite uel equalitatẽ eius cuiusq;. Et post huiusmodi ꝓpositionẽ est sciendum ꝙ natura est nomẽ equiuocũ quod de pluribus p̃dicatur ex quibus ẽ virtus regẽs corpus aiale quã medici uocãt naturã. et hec uirtus etiã conser-uat nobiliores actus corpales. et sustinet sp salutẽ oĩm actionũ

que cum grauat᷑ aliqua causarū distinguit et cōpellit ipsa. et si vincitur ab ea cōiungit᷑ ipsa ignobiliori mēbrorū et inficit ig/ nobiliorē actōem. Et si plus vincit᷑ ab ea inficit id quod est no/ bilius et retinetur cū nobiliori. Et secūdum hāc expositionem potes cognoscere egritudinem destructiuā a non destructiua et habere signa destructōis fortis egritudinis et debilis ꝑ forti tudinē nature et eius debilitatē. quia amissio inspiratōis et expi ratōis vel eius cessatio est sine dubio destructiua. et simile ē de pulsu et simile etiam de amissione visus uel eius cessatōne et de amissione appetitus amissione loquele et eius debilitate et ꝑmi xtione mentis vel eius cessatōe. Omia hec sunt signa destructō nis ut dixi secūdum qualitatē accidentis virtutis ipsius. Et ideo fortis apoplexia ē necessario destructiua. debilis uero difficile curatur secūdum ꝙ dixit ypocras. quia in huiusmodi peste scili/ cet apoplexia destruūtur et cessant nobiles actiōes quas natura regit semper et sunt inspiratio et expiratio. mēs loquela sensus et pulsus. Et certitudo in omnibus his que diximus ē ut amis/ sio illius actōis uel eius cessatio sit ex causa debilitatis vniuersa lis uirtutis regentis corpus aīalis non ex causa solius instru/ menti agentis illam actōm. Nā bene scis ꝙ multi furiosi melā colici viuūt longo tempe. quia sunt fortes corpe eo ꝙ ꝑmixtio eorū mentis est ex causa egritudinis cerebri tantū nō ex causa debilitatis virtutis regitiue queadmodū accidit egrotātibus tē/ pore transitus. quoniā debilitas visus generata ex causa egritu dinis existētis in oculo uel debilitas auditus generata ex causa egritudis in aure existētis nō ē ut debilitas visus uel auditus q̄ generatur tempe mortis ex causa amissiōis virtutis vniuersalis regentis. Et idem est iudiciū in amissione loquele et oim actio/ nū corporaliū. Et similiter est in figura faciei tempe sanitatis hoc est signū fortitudinis nature: et cū est valde remota a statu sanitatis est signū ꝙ hec accidit ex debilitate virtutis vniuersa/ lis. Tu autē cōsidera huiusmodi aphorismum bona cōsiderati/ one quia colligit᷑ ex pluribus partibus pronosticorū.

¶ Inuenio in arte medicine quedam accidētia que cū apparēt in sanis significāt egritudines. et cū apparēt in egrotātibus si/ gnificāt sanitatē. et sunt somnus nimius et profundus plus so/ lito qui cū accidit in sanis significat egritudinē. et cū accidit in

egrotantibus sanitaté et nimius appetitus cibi cũ accidit sanis est locus dubitatóis quia significat egritudiné. egroris uero est signũ laudabile. et similiter sternutatio multa cum accidit ei de cuius sanitate nó dubitat̃ significat q̃ capiti pestis aliqua é futura. Et cũ accidit ei qui est in malo statu egritudinis significat q̃ status eius imutatur in melius. Inuenio ét in arte medicine multa habétia huiusmodi naturã. vii expositóis eius i thimeo.

¶ Explicit particula sexta incipit particula septima de causis egritudinũ specialium.

Cause que augét et fortificát uirtutis essentiá sunt sex prima ipsarũ é vini potus moderatus cibi assũptio moderata. exercitiũ moderatũ. res que adaptat malá cóplexioné cordis et arteriarũ siue sirupus sit siue medicina. ira vel gaudiũ et vigilia. humoris digestio facta p resolutóem et p purgationé ut in crisi. xiii. pulsus.

¶ Cause que uirtutis essentiá diminuũt et defectát sunt octo. Prima ipsarũ est ieiuniũ. secũda vigilie. tercia angustia. quarta fortis euacuatio cuiuscũq; speciei. quinta dolor quicũq;. sexta dolor stóaci spéalis. septia imutatio nature mébrorũ radicaliũ. octaua imutatio nature hũorũ corpis cuiuscũq; spéi. xiii pulf.

¶ Sincopis accidit quibusdá ex fortibus accidentibus animi et maxie senibus et debilibus quibuscũq;: qa pluribus ipsorũ cum affligunt̃ gaudent uel irascunt̃ accidit sincopis et forte accidit eis praua hũidatio et hũidat eorũ corpora absq; causa necessaria humidatói. Parti. prima sexto ad Glauconé.

¶ Pinguedo et caro tenera ex assidua angustia eliquat̃ et sanguis corrũpit̃ ex desiderio cótinuo et aore ac desiderio diuitiarũ et domiatóis ciuitatũ et euigilatóe méorie. et iporũ corruptá é p malá digóem q̃ fit in stóaco et uenis ppter cás pdictas sanguiné corrũpentes. et liq̃factio q̃ vigiliis fit inter causas huiusmói cótinet̃. tercio expositóis humorũ.

¶ Causa fortitudinis mébrorũ dextre ptis supra mébrũ sinistre é collocatio epatis in latere dextro et inclinatio cordis ad latus sinistrũ pua ualde. Et cum incliátio eius é illa parũ maior fiũt mébra sinistra fortiora mébris existétibus in latere dextro et maxie si epar é puũ et debile cũ hoc statu. vi. expositóis eius in. vii. epidimiarũ.

¶ Cause doloris sunt aut cõtinuorũ sepatio et immutatõ subi ta quam abhorret mẽbrum et dedignatur. Sed immutatio facta paulatim impossibile est ꝙ faciat dolorẽ, et mẽbris insensibili bus nequaquã accidit dolor. xii. ing.

¶ Cum aliqua causarũ dolorẽ facientiũ nocet/mouetur virtus expulsiua et conatur expellere ipsam causam. et multotiẽs cum mouet᷑ forti motu ad expulsionẽ causa ipsius ex sanguie et spi ritu qui simul deferun᷑ ad mẽbrũ accidit aposteã. xiii. ingenii.

¶ Ait Moyses Gal. i tractatu cure sincopis cũ uẽit ad assignã dum causas eius non assignauit eas omẽs per viam artis distin guendo genera et species suas p accidẽtia sicut consuetudinis sue fuit in egritudinibus aliis. et sicut distinxit febres in quibus genera et species assignauit. sed noiauit causas sincopis mira/ bili noie dicẽs ꝙ sincopis accidit ex hoc et accidit ex hoc nec di uisit causas in species determiatas quod est mirabile. Sed tamẽ postquã modificauit suũ dictũ dixit omẽs causas sincopis esse quattuor et utinã scirem cur nõ cõprehendat omẽs causas sub numero sed aliquas earũ tantũ. verũtamẽ postquã noiauit quat tuor causas dixit. si placet addas hiis quattuor malã cõplexionẽ mẽbrorũ et in summa nõ colligit᷑ eius intentio ex dicto suo ibi quãuis quicqd dixerit indubitãter sit uerũ tamẽ est inordinatũ sicut pdiximus. et cũ huiusmõi accidẽs uidelicet sincopis sit ac cidens subitũ nimis et sit nuncius mortis et sibi equalis ipsam qꝫ pcedens oportet medicũ scire omẽs causas sincopis a qbus circũdatur et eas semp mẽorie habere. quia si nouerit eius cau/ sas distincte et determinate sciet qualiter curabit᷑ sincopis cum accidit et qualiter cauebit sibi ab ipo accidenti et predicabit eius aduentum si necessario debet accidere. Et pater Menon filius zor et alii dixerũt quicũqꝫ egrotãs sincopizat et medicus non preuidit hoc nec predixit sine dubio ipse interfector ipsius est.

¶ Ait et ipse Moyses hoc uerũ est quia qui scit omnẽ causam sincopis scit ipsius aduentũ. et quotienscunqꝫ apparebit sibi in egritudine aliqua causa sincopis opponit se illi cause sincopim facienti. Qui si neglexerit uel tardus fuerit circa oppositionem cause ipsius potens est predicere eius aduentũ. Et ideo prouidi ordinare distinctõẽs sincopis et comprehendere genera eius et

species ut facile habeat eius cognitio et scia. Et quicqd dixero
sup hoc in his quādoqȝ amphorismis quos cōsequēter ostēdam
est ex uerbis ipsius Gal. de eorū materia. Sed tamē distinguā
ipsa uerba ponēdo aliquid ex uerbis ipsius et aliquid ex uerbis
meis, et totum hoc collectū est ex eo quod ipse docuit me in. xii
egritudinū. et nūc incipio illos quinqȝ aphorismos quos pmisi
¶ Sincopis est defectus accidens uirtuti acriter et subitus.
regitur nāqȝ et cōseruat uirtutis essentia p tempantiā spirituū
et humorū et mēbrorum in eorū quātitate uel qualitate et forte
causa defectōis uirtutis. s. sincopis est imutatio spirituū in eorū
quātitate et qualitate. Et sic cōprehendunt nunc cause sincopis
his tribus generibus in quorū quolibet sunt duo genera immu
tatio quātitatis et imutatio qualitatis et sic genera sex fiūt..
¶ Immutatio mēbrorū radicaliū adducēs sincopim ē resolutō
essentie sue aut in quātitate aut in qualitate. Quantitate fit aut
longitudine morborū diuturnorū: aut acumie acutorū morbo-
rū uel febre liquefaciēti. qualitate uero fit aliqua quatuor cōple
xionū inequaliū simpliciū egressarū a tpamēto multa egressiōe
¶ Immutatio spirituū adducēs sincopim ē resolutō eētie sue
aut in qualitate aut in quātitate. qualitate fit aut corruptōne ali-
cuius uenēi aut punctōe uel morsu alicuius aīalis uenēosi. quā
titate uero fit aliquo ex motibus spūalibus uidelicet forti desi-
derio quod gaudiū noiat: forti timore terrore iracūdia et simili
bus his quorū sūme Gal. addidit dolorē et uigilias quorū duo
rū quodlibet sicut mihi uidet ē accipiendū p se. qa nihil adeo
ualidius ad resolutōm spūs ē sicut dolor: et post dolorē uigilia.
et similiter dissolutōe instrumētorū spūaliū et porositate instru
mētorū ipsorū et similiter defectōe nutrimēti et fluxu nimio q̄
duo imutāt mēbra et etiā humores. Galienus tāmē attribuit
spiritui ipsa duo.
¶ Immutatio hūorū adducēs sincopi ē resolutio eētie sue et
in quātitate et in qualitate. quātitate uero fit hūorū paucitate q
nisi reparent cibo celeriter ut cōueīt calor naturalis extinguit
et ipsorū multitudine calorē naturalē suffocāte. Qualitate fit
hūorū acumine et hūorū grossitudine et uiscositate a tpamento
egressorū multa egressiōe que quidē spēs sincopis ex hūorum

imutatõe sũt quattuor. prima ẽ hũorũ paucitas. secũda hũorũ multitudo. tercia humorũ acuitas. et quarta hũorũ grossitudo et uiscositas. Sed hũorũ multitudo nõ adducit sincopi nisi faciat opilationẽ et dolorem afferat. ¶ Iam probatũ est ex his que pdiximus q cause sincopis que genera ipsius dicunt sũt sex et spẽs ipsius .xxi. primũ genus est imutatio mẽbrorũ in eorũ quãtitate. et eius spẽs sunt tres. et sunt aut longa egritudo aut egritudo acuta uel febris liquefaciens. Secũdũ genus ẽ imutatio mẽbrorũ in eorũ qualitate. et eius spẽs sũt quattuor. et sunt aut mẽbrorũ calefactio aut infrigidatio aut desiccatõ aut hũectatio fortis. Terciũ genus ẽ imutatio spirituũ in eorũ qualitate. et eius spẽs sũt tres. s. aut corruptio aeris. aut assũptio alicuius veneni. aut punctio uel morsus alicuius aialis venẽosi. Quartũ genus est imutatio spirituũ in eorũ quãtitate imutãs quãtitatẽ ipam ad defectũ vel diminutõem magnã et eius spẽs sũt septẽ. videlicet dissolutõ istrumẽtorũ spũaliũ. ipsorũ porositas. aliquis motuũ spũaliũ dolor uigilia defectio cibi et fluxus uẽtris magnus sibiq simile. Quītũ genus ẽ imutatio hũorũ in eorũ quãtitate. et eius spẽs sunt duo. s. humorũ paucitas et hũorũ multitudo. Sextũ genus ẽ imutatio hũorũ in eorũ qualitate. et eius spẽs due sunt uidelicet hũorũ subtilitas et humorũ grossitudo et viscositas. Probatum itaq est ex dictis Gal. q genera sincopis sunt sex. et spẽs eius. xxi. ¶ Ait Moyses a casu in sincopi si te volueris custodire i qualibet egritudine tria mẽbra principaliter et os stomaci pp sui colligantiã cũ mẽbris ipsis adiuua adiutorio multo cõseruãs uirtutẽ simplicium p adaptatõm cõplexionũ mẽbrorũ ipsorũ cũ his que corpi et interius et exterius mistrant. Et post adiutoriũ mẽbrorũ huiusmõi cõserua virtutẽ mẽbrorũ oim aliorũ p adaptatõem cõplexionũ suarũ cũ rebus similiter mistratis et festina adiuuare uirtutes mẽbrorũ ipsorũ principaliũ triũ. s. aialẽ cũ rebus aromaticis bõi odoris. et spũalẽ cũ adaptatõe aeris exterioris apertiõe meatuũ corpis mũdificatõe instrumentorũ a sui grossitie et uiscositate et porrectõe alicuius ex medicis quarũ propriũ ẽ clarificare sanguinẽ cordis et sui turbulẽtiã remouere et naturalẽ cũ admistratõne ciborũ et potuũ generãtiũ bonũ chimũ et nõ corruptũ et euitatiõem ciborũ quorũ pprietas ẽ generare humorẽ venẽosum dũ corrũpunt non cito a corpe descẽdentes et nocẽt plurio nocumẽto ut sunt melones citrulli cucurbite mora et similes huiusmodi: Et similiter oportet te sp stõachũ adiuuare quãtum poteris ut illorũ ciborũ digestio bõa fiat.

Et si in his rebus tuū firmaueris ꝓpositū a casu i sincopi liber eris.
℄ Febres cōtinue sunt in quibus humor putridus febrem generans intra uenas est retentus. et sunt ex speciebus predictis triū humorū ex quibus ea que non recedit et augmentatur die tercio est que assimilatur terciane. et est terciana cōtinua et ea que nō recedit nec īterpollatur. sed tamē quottidie accedit vno modo ē quottidiana cōtinua nec manifestatur eius recessus. Et similiter est quartana cōtinua que augmētat̄ in quarto, et hoc accidit raro, secundo febriū.

℄ Febris cōtinua cuius motus ē grauis, et extendit̄ usque ad quadragesimū numeratur inter febres acutas. quia febris non cessat cessatōe completa. secūdo de diebus creticis.

℄ Vnū ex magnis signis febriū putridarū est qualitas caloris in eis: que semp mordicat et pungit quēadmodū agit fumus oculum, nec reperit̄ in eis modo aliquo ēt in pricipio suarū accessionū qua hora nō ē diffusus calor. Cū autē planta manus morā traxerit supra corpus caloris illius. insipiditas pūctio et lesio crescit, nec vnquā in earū pricipio urina digesta reperitur sed a digestiōe pēitus aliena: vel forte reperit̄ abscōdita multa abscōsione digestio eius. febris uero nō putride signū ē absentia spissitudinis pulsus: et spissitudinis caloris, etiā huius qdem nō ē tātum speale sibi, prima febrium.

℄ Immutat̄ sanguis qualitatē et efficit̄ colericus uel melācolicus, et accidit ex illo cū putrefit febris uel de spē terciane uel

dē spē quartane: nec differūt ab inuicē i aliquo nisi qa ista ē fu/
riosa et illa q̄ ē ex mutatōe sāguinis nō: q̄ āt magis declinat ad
furiositatē et ē minoris malitie et lesionis ad tactū ē ex sanguie
et q̄ magis ē morditiua et pūgitiua ad tactū ē ex colere citrine
uel colere nigre putredine: febris uero cuius calor iuenit debi
lis i pricipio appōsi manus supra corpus/ et deīde plāta manus
morā ibi faciēte sentit mordax cresces paulati paulati cū iequa
litate ac si penetraret ex foramibꝰ colatorii siue cribri ē ex fle/
gmate putrefacto: qa sui grossitie et uiscositate īequaliter resol/
uit in corpore talis humor/ secūdo febrium.

C Circuitus febris flegmatice ē. xxiiii. horarū/ et circuitus ter
tiāe. xlviii/ et circuitus quartane. lxxii/ et hoc manifestū ē/ qa fe
bris flegmatica q̄ quottidie accedit a pricipio prie accessionis us
qꝫ ad pricipiū secūde durat. xxiiii. horis/ et codē modo numerā/
dū ē i tertiana et quartana/ et si forte i circuitu febris flegmati/
ce iueneris febrē circuitus horarū octo. sicut durat accessio ho
ris. vi. et qescit horis. ii. scies ꝙ eger patit tres febres flegmati
cas/ qa. viii. hore sunt tertia ps circuitus febris flegmatice/ et si
militer cū iueneris circuitū. xvi. horarū scies ꝙ patit tres terti
anas qa. xvi. hore sunt tertia ps circuitus febris tertiane:/ et si
militer cū iueneris circuitū. xviii. horarū/ scies ꝙ patit quattu/
or quartanas. nā. xviii. hore sunt quarta ps circuitus quartane

Particula sexta de circuitibus febriū.

C Nō redit pulsus i aliqua febriū ad statū suū naturalē: et si
iter primā accessionē et secūdā sit magna mora: queādmodum
fit in tertiana et quartana/ i huiusmodi. n. febribꝰ signū fixum
febris non recedit a uenis nisi in febre ephimera/ in qua signū
febris deperit et disturbat cū eius cessatione/ primo ad Glauc.

C Corrūpit circūstātia circuitus febris et uariatur duabus ex
causis/ aut pp cōuersionē hūorū generātiū febrē de natura in
naturā/ aut pp peccatū icidēs in cōsilio/ et putatur quādoqꝫ ꝙ fe
bris non habeat existētem circūstantiā/ et ipa hēt eā/ et cā huius
ē ꝙ multi sunt circuitus cōpositi: quorū medicus ignorat com/
positionem/ secundo febrium.

C Illos paroxismos qui a pricipio usqꝫ ad sui ultimū uidetur
currere in ipsorū inuasione ante sui certā horā medici de sui cō

suetudine nominát anticipátes/et qui sunt cõtrarii eos noiant postponétes/anticipátes vero poxismi et postponétes nõ significát augmentũ egritudinis neqꝫ declinatõem/sed ea tempora cognoscuntur paroxismorũ augméto et diminutõe/vel augméto et diminutione nequicie accidentiũ sui/primo crisis.

¶ Signa febris terciane pure que statim cognoscũtur ex hiis que accidunt egrotáti sunt.xi. Primũ é rigor fortis in febris principio quo sentit ꝙ cutis aculeis sit plena et pungat ab eis /secundũ sitis et inflammatio que nõ ꝓlongat/et terciũ fortitudo pulsus õi tpe suo/quartũ status accessiõis pricipio ꝓximus. /quintũ diffusio caloris equaliter ꝑ totũ corpus/sextũ repertio multi caloris acuti cũ prio manus apponit supra corpus q postmodũ debilitat et vincit a mãu ipsa/septimũ exitus vaporis calidi a poris cũ bibit aquã/octauũ vomitus colere cittine:quãdoqꝫ fluxus uẽtris colericus:et urina supra quã colera domiat :et quandoqꝫ hec tria simul/nonũ sudor vaporosus calidus et equalis in corpe toto/decimũ post hec oia cessatio et eradicatio febris cõplete/vndecimũ mora poxismi nõ trãsiens duodecim horas/secundo crisis.

¶ Signa febris quartãe q̃ ex ipsa febre cognoscũtur i vniuerso sunt quattuor/quorũ primũ é sublatio oim signorũ terciane pure imo ipsorũ iuentio ꝑ cõtrariũ multotiẽs i febre ipa/secũdũ hec febris raro ꝑ se incipit:sed tamé accidit post iceptõm aliarũ febriũ/terciũ pulsus i pricipio febris ét si eger sit adolescẽs é quéadmodũ illius qui é i senio cõstitutus/quartũ eius inchoatio cũ rigore debili qui postmodũ augmẽtatur i accessiõe qualibet/et i rigore ipso sentit forte frigus secũdũ quãtitaté fortitudine rigoris:intãtũ ꝙ ex fortitudine ipsa sentitur ꝙ ossa cõtundantur/secũdo crisis.

¶ Signa febris quottidiãe sũt mãifesta et cognita/et sunt septé quorũ primũ é febris hec nõ incipit in diebus primis cũ rigore imo postea/et nõ accidit habẽti nisi infrigidatio extremitatũ eius et eius quod appet de corpe ipsius:nõ tamen é ut verus rigor/secũdũ pulsus inequalitas et corruptio sui ordinis i pricipio poxismorũ febris/tertiũ nõ sentit eger inflãmatõm uehementé:et é sitis minor in hac febre quã in aliis õibus febribus /quartũ eger forte nõ sudat in primis diebꝫ cũ indigõne vrine.

/Quintũ fortasse nõ accidit hec febris nisi cũ lesione oris stõac/ci et epatis/ Sextũ magnificatio inflãmatõis eius quod est subypocũdriis magis eo quod erat secũdum naturã./Septimũ ap/paritio coloris egri inter citrinũ et albũ mediũ etiã statu poxismi puento iam ad finem/secundo crisis.

febrium quarum ma[illegible] [illegible]

℄ Febriũ cõtinuarũ materia cõprehendit͛ inter venas et non est cũ eis rigor neq͂ sudor/et febris que generat͛ ex apate san/guineo noiato flegmon est bona et salubris:et magis assimilat͛ febri die accidenti ex apate carnis mollis:que est in emũctoriis et aliis locis/secundo crisis.

No

℄ Cum coadunãtur vno tempe res multe/incipe sanguinẽm extrahere cũ flobotomia/deinde dimĩnue humores et subtilia eos:et ultimo emolli quod induratũ est:et aperi cutem depres/sam/xi.ingenii.

laudatur absinthium in febribus terciana

℄ In qualibet specie terciane cum apparuerint signa digestionis:secure festina porrigere parũ de absinthio/quia habet in se laudabilem actionẽ multimode./Et etiã hec medicina ꝑ ceteris curat egritudines que in ore stomaci ex mordicatiõe colere generantur. prima ad Glauconem.

℄/Incohoat terciana cum rigore forti/quartanã uero nullo tẽ/pore recolo uidisse incipe cũ rigore:sed tamen fortificat͛ rigor in ea et efficitur difficilis:p longitudinẽ dierũ/et sepius generatur ex reliquiis febriũ ꝓcedentiũ.et maxime febris que cõposita nominatur/prima ad Glauconẽ.

℄ Febris terciane pure recessus est in septẽ circuitibus/et cũ hoc ꝑ omnibus aliis febribus salubris est et dubitabilis minus/Cũ uero est nota nec ẽ pura cõtrariũ/Et ego uidi semel q͂ hec febris incepit in quodã puero in pricipio autũni et nõ dimisit eum usq͂ ad ver/prima ad Glauconẽ.

℄ Febris in qua accidit coadunatio caloris et frigoris simul et reperitur fortis calor cũ rigore frigido causa ẽ flegma vitreũ in corpe multũ.et hũor de genere colere corpi dominãtes qui mouẽt sensibilia mẽbra et non remãet in eo aliqua pticula in qua reperiat͛ calor tantũ sed sentit͛ tunc in interioribus corpis calor et frigiditas simul.qa id quod calefacit et infrigidat in pticulas mimas est dispersum. Parti.vi.de mala cõplexione.

℄ Rigoris qui non quiescit donec pueniat ꝓpe statũ duo sunt

modi. .quorū vnus ē qui qescit cū appropinquat status accessi onis febris et ē debilis et nō fortis. et accidit ex putrefactōe fle gmatis fortis frigiditatis quod uocat᷑ vitreū. et alius modus q nō quiescit nisi cū appropinquat status totius egritudinis. nā febris quartane nō cognoscit᷑ pfectio status quousq; nō incipit rigor diminui. et rigor qui incipit cū maxia fortitudine et stati quiescit ante tempus status est in febre terciana. prima expo sitionis eius in sexto epidimiarum.

℄ Terciane pure lōgior accessio est. xii. horarū. nocte vero p longat᷑ accessio in horas. xx. uel. xxiiii. et augmētat᷑ eius plon gatio nimis adeo ꝙ plongat᷑ eius accessio circa. xl. horas et di minuit᷑ eius quies usq; horas. viii. et hec oīa ex his que de cau/ sis lōgitudinis accessiōis dctā sunt colligunt᷑. secūdo febriū

℄ Cū eger duas febres tercianas habet aut duas quartanas tūc due terciāe poxismū ōi die faciūt. et due febres quartane fa ciūt paroxismum tercianum. et estimatur ꝙ due terciane sint vna febris cuius poxismus fit omni die et estimat᷑ de duabus quartanis ꝙ ipse sint terciana vna. secundo crisis.

℄ Nō ē possibile febres adurētes ex retētōe colere generari. sed ipsarū generatio ē ex dominio caloris q est in vasis acuti et accēsi calore aeris cibis calidis labore aut motibus anime. xii. expositōis eius in prima epidimiarum.

℄ Oportet te prius inspicere naturā febris q̄ cū ē fortis calo ris accēsa et adurēs crisis eius erit p fluxū: et cū ē caloris debi lis similis igni sepulto febrē ipsam plongari necesse ē. et p exi turas multotiēs fit eius crisis. primo ad Glauconem.

℄ Febres adurētes fortes fiūt ex causa epatis et stōaci. et fiūt ex causā apatis pulmōis aut ex cā hūorū colericorū qui putre/ fiūt et dispergunt᷑ p totū corpus et pueniūt pp cām sue putre/ factōis ad nimiū calorē similē ebulieti. quinto scientiarum.

℄ In febre acuta adurēti decurrit ad stōm supfluitas calida et acuta: q̄ cū nō generat siti hoc p signis malis aliis ē signū malū. significat eni ꝙ uirtus sensitiua que ē in stōaco iam de/ structa est et pempta. pria expōis eius in pria epidimiarū.

℄ Ex hūore acuto et adurēti q febrem generat impossibile est apa in auribus generari. et ex hūore ipso ualde frigido et gros so apata in inferioribus corpis generant᷑; et ex hūore ipo iter

stratum utrūq; medio sub auribus apostemata generant̄. secūda expositōis eius in secunda epidimiarū.

ℭ Varietas vomitus que accidit in febre adurenti significat ꝙ in venis que sunt vnite in intestinis et lateri cōcauo epatis sunt humores crudi. Et vrina subtilis que accidit in febre ipsa significat ꝙ in vēis existētibus in gibbositate epatis sunt hūores crudi et multi. secūda expositōis eius in tercio epidimiarum.

ℭ Vera accidētia febris adurētis sunt duo videlicet sitis cōtinua q̄ nō recedit nec cessat et calor accēsus qui cū tangitur sensibilem habet ardorem. tercia expōis eius in tercio epidimiarū

ℭ Cū in febre adurenti ualde forti omēs tres virtutes fortes sunt et signa digestiōis māifeste apparēt da secure et cōfidēter aquā frigidam patiēti. ita tamē ꝙ eger nō sit in senio constitutus. xii. ingenii.

ℭ Generatio febris adurentis fit ex putredine colere citrine ī stomaco. et specialiter in ore eius aut in cōcauitate epatis non tamē in quolibet alio mēbro. Et specialius accidentium febris adurentis est aduētus eius crisis p fluxū sanguis enaribus. qa sanguis ebulit et ascēdit superius et disrūpit venas. Expositionis eius in prima epidimiarū.

ℭ Febres adurentes generantur aut ex colera citrina aut ex flegmate salso. Expositōe eius in tercia morborū acutorū.

ℭ Egrotās cū desiderat attractōem aeris frigidi propter accēsionē fortē quā sentit in interioribus membris et reqrit multa opimēta pp frigus quod in exterioribus sentit. significat hoc egritudinē esse mortalem maxie cū in principio accessionū nō accidit illud. tercio expositōis eius in secūdo epidimiarū.

ℭ Cum aer ē frigidus et egrotās adurit̄ nimia adustiōe dimi nue spem tuā de eo. et si nullo mō apparēt in eo signa digōis eritq; uirtus eius debilis est impossibile ꝙ euadat. xi. ingenii.

ℭ Nos clisterizamus cū oleo et aqua tātum in febribus adurentibus accēsis ut disrūpamus sui calorem adurentē et accensum. Particula sexta de clisteribus.

ℭ In febribus flegmaticis rigoris causa est alia q̄ causa febris ēt causa febris ē id quod est ex flegmate putrefactū. et causa rigoris est residuū flegmatis nō putrefacti. sed i febre terciana colera citria ē cā rigorē generās atq; febrem. secūdo febrium.

¶ Egritudinū fluctuantiū p circuitū: fluctuatōis cā ē mēbrorū status supfluitates generātiū expellētiū attrahētiū et suscipiētiū putrescētia dcārū supfluitatū et inflāmatio sui. ii. febriū.

¶ Egritudinū non habentiū circuitū ut febris cōtinue nō est causa egritudo spēalis alicuius mēbri de membris corpis. sed sunt hūores qui cōtinent̄ in oībus arteriis et uenis: et maxie ī maioribus eis qui calefiūt accēdunt̄ et ebuliūt: aut putredo eorum aut res alia ut febris effimera. et sic generatur vna febris vniuersalis inclusa a pricipio egritudinis usq₃ ad finē. ii. febr.

¶ Quiescit febris hora sepatōis febris a corpe ab eius poxismo et declinat febris hora tota que ē post statū poxismi vsque ad principiū paroxismi sequentis ipsum. primo crisis.

¶ Curaui quosdā a febre quartana cū potu tyriace uerūtamē euacuabam prius eorū corpa et postea dabā eis absinthii sucū demū istud electuariū videlicet tyriacā ante tēpus febris p duas horas. et sic liberabā patientē bibitōe huius medicine bina uel trina. Particula sexta de tyriaca ad cesarem.

¶ Primū mēbrorū quod calefit in febribus ethicis quarū causa est ab extrinseco est cor. et post ipsum calefit epar et stomacus: et post stomacū mēbra alia que possunt cor calefacere calefiūt et accidit inde febris ethica. et appositio medicinarū frigidarū in principio apparitōis signorū febris huius super membro quod primo calefit quod est accensiuū febris est ualde utilis. et similiter ethica febris proueniēs ex febribus aduretibus curatur rebus frigidis operatis interius et appositis exterius supra membrū egrū. Particula sexta de ptisi.

¶ Speciale signū quod nō fallit vniuscuiusq₃ febris ethice ē accensio caloris corpis et sui fortificatō absq₃ impulsione statim post receptionē cibi p horam. et pulsus magnus atq₃ omnium febriū ethicarū calor est debilis subtilis equalis et continuus a principio sui inicii usq₃ ad finem eius. Et maius signum febriū ethicarū est. quia semp inuenies arterias calidiores venis aliis sibi vicinis. prima febriū.

¶ Febris illa dicitur pestilentialis cū qua est assellatio de genere illorū que liquefiunt. et hoc accidens febrē pestilentialem aliquo tpe nō dimittit. tercia expositōnis eius in tercia epidi.

¶ Febres ethice sepe accidūt cū prio pestis descēdit ad cor et

post ipm i descésu ipsius ad epar et deinde ad stõacū. accidit & pp malā cōplexionē calidā et siccā dominantē in pulmone uel pectore uel meseraicis; accit et febris ethica pp pestem descēdē tē in aliquod intestinū uel matricē uel renes et trāseuntē ad cor pus cordis: Ex peste aūt prima descēdēte in diafragma febrē e thicā adducēte nūq̄ uidi ethicū ipsū curatū; quia eger moritur antequā perueniat ad ptisim. x. ingenii.

¶ Aliqui patiuntur febres ethicas et euadūt: cum febris hec ī carne uel aliquo de genere carnis accidit. et cū hec febris accit radicalibus mēbris ipossibile ē ab illa aliquē liberari. x. igenii

¶ Omēs febres ethice sub genere febris corpus liquefaciētis cōtinentur et differūt inter se. quia quod liquefit ex carne in febre ethica resoluitur p corporis poros. et qd' eliquat' ex corpore in domino febris liquefaciētis i uētrē fluit et decurrit et egreditur per secessum: Et cum hec febris liquefaciens prolōgatur et patiens non moritur incidit in ptisim.

¶ Maior cura qua curatur febris iclusa et potior ē flobotomia facta secūdū tenorē uirtutis: et potus aque frigide post digestionem cū febris hec fit ex febribus accidētibus ex putredine: Et uidi multos adurentes febrē patientes potu aque frigide post cōpletā digōnē hūorū suorū bibitōis tpe eē liberatos. viii. ige.

¶ Curationis febris que dicitur sinochus tramites omēs cessant p emissionem flobotomie in principio: quare medicus insipiens nō celebrat in patiēte: qui suo consilio se cōmittit crescit ꝙ febris hec et auget'. nā si ichoat cū frigidis destruit qa icludunt poros. repletionem retinēt intra corpus et prohibent resolutionem: ēt si calorem extinguant et complexionē adaptēt. Et si inchoat cū calidis calida augent calorem febris: etiam si euacuent totum corpus: unde qui primo i hac febre neglexerit flobotomiam peruenit ultimo ad huiusmodi pplexitatē. ix. igenii

¶ In omnibus speciebus febris sinoce festina minuere ex uena cordis: adeo ꝙ patiens deueniat sincopi uicinus uirtute hoc tollerante: et si patiens huiusmodi egritudinem non minuatur ab aliqua uena incidit in magnum timorem et deuenit ad finalem dubitationem: qui quandoq; per multum fluxū sanguinis narium uel sudorem plurimum liberatur. viiii. ingenii.

¶ Sinochi spēs due sunt. vna accidit ex opilatōe fria in poris corpis ex qua nō accidit cū ea putredo hūorū et hec febris dicta sinochus ē de genere effimere. et alia accidit ex humorū putredine cū ipsorū opilatōe que ē de genere febris putride. et qlibet harū duarū sperum p se durat p multos dies. Et ipsarū duarū sperū vna ē cuius accessio decrescit a principio egritudinis usq3 ad finē et alia que in eodē statu durat a principio vsq3 ad statū declinatōis. et tercia que augmētat a principio suo. et hoc totū accidit secūdum quantitatē adusti et eius quod resoluitur ex adustione. ix. ingenii.

¶ Flobotomare venā et extrahere sanguinē secūdū virtutis tenorē multitudinē et paucitatē opilationū in effimera pueniēte ex opilatōibus in qua declinatio retardat adeo q̄ credit ipsam nō ēe effimerā est necesse. Et quāto plures opilatōes sūt in illa tanto illa febris fortior est et breuior et si signa repletōis non sint cōgregata in illa. Diminuta uero supfluitate fumosa propter paucitatē humorū postmodū aperiant pori. Et post minutionē patientē cura cū secaniabin et ciba cū aqua farris ordei. et die tertio si videris modicū esse quod remāsit ex febre et nō sunt tibi signa putredinis in vrina neq3 in pulsu fac eū ingredi balneū ante tēpus accessionis per tres uel quattuor horas. viii. ingenii.

¶ Febris generat ex fastidio in quo cibus in fumositatē mutatur et nō ex fastidio in quo cibus murat in acetositatē. Cum vero patiēti febre hāc supuenit assellatio et quod emittit est putrefactū tunc patientem in balneū introduc post declinationem prie accessiōis et ciba eū et stude ipsius stomacum confortare. Et cum vides assellationē preteritā et p̄sentes augmētari adeo q̄ debilitatur virtus melius est ut illum cibes et non ipsum in balneū introducas. viii. ingenii.

¶ Febricitantibus ex causa repletōis opilatōnis apostematis aut putrefactōis humorū cibus pre rebus aliis est nociuus etiā in declinatōe accessiōis sue. et febricitātibus ex vigiliis cogitationibus angustia aut aliis afflictōibus anime abstinentia a cibis est plurimū nociua qui cibandi sunt omni hora accessionis et specialiter in sui declinatōe. x. ingenii.

¶ Tempus cibandi egrotātem cōueniens in febribus inclusis est hora quietis: et est hora in qua sentit aliquā alleuiatōnem et spēaliter hora q̄ cōsueuit cibū sumere tpe sanitatis. xi. igenii.
¶ Purga supfluitates putridas patientiū febrē inclusam medicinis prouocantibus urinā uel prouocantibus fluxū uentris uel sudorem: et cū superfluitates ipse sponte circa stomacū mouentur: purga eas cū prouocantibus uomitū: et cum in stomaco non mouentur ab ipsis debeas abstinere cautus existens circa medicinas ipsas quibus intendis facere aliquā purgatōnem dictarū uel nō calefaciāt: aut calefaciāt parū. xii. ingenii.
¶ Cum epar et stomacus sunt apostemati: cibatio ante accessionē ualde obest: et facile iterficit egrotantē et cum epar aut stomacus sunt debiles absq3 apostemate talis cibatio ualde pdest. Vndecimo ingenii.

Explicit particula. x. Incipit particula. xi. continēs aphōs depēdētes a tpibus egritudinū et crisibus.

e Gritudinis tempora in uniuerso sunt quattuor uidelicet pricipium augumētū status et declinatō: et uix puenit ad cognitionē instantis temporis tēpus egritudinis quod ipsorū sit cū extimatione uera. primo Crisis.
¶ Inueimus alicuius egritudis ualde fortis: ut appoplexie pricipium et recessum in breui hora: et similiter epilepsie: quia nō accidit nisi queādmodum accidit decapitatio alicuius: et decapitatio habet primum tempus secundum et tertium. Et si dixerimus q̄ accessio appoplexie et epilepsie sit sine tempore affirmabimus illa esse accidentia sequētia infirmitates. et egritudo ex qua habet prouenire apoplesia et epilensia habet sine dubio ipsa quattuor tempora. par. vi. de temporibus egritudinum.
¶ Tempus principii est a primo pūcto egritudinis usq3 ad pricipium manifestationis digestionis: et a tempore a quo incipit digestio augumentari: et egritudo semper augumentat̄ hoc totum est tempus augumenti et tempus in quo prouenit egritudo ad fortiorem statum est tēpus status: et post statum incipit declinatio que durat donec liberetur egrotans.

¶ Egritudo cũ accidit est tempus principii et tẽpus principii et similiter tẽpus augmenti sunt absc̃odita sensui et aliquibus egritudinibus. sed tempus status est scibile in omnibus egri/tudinibus. Cum autẽ egrotãs debet liberari ab egritudine se/quitur istud tempus. Declinatio scibilis. manifestũ est igitur ꝙ sunt alique egritudines quarũ non potest cognosci principi um nec augmentum. Particula. vi. de tempibus egritudinũ.

¶ Corrũpitur penetratio cibi nobis ignorãtibus illud ex scli rosi que quandoq₃ in parte concaua epatis generatur. et durat hoc aliqua temporis quãtitate nostro tactui absconsum. Et cũ prolongatur tempus accidit ex illo ydropisis et creditur ꝙ tũc sit principiũ egritudinis et augmentũ. et plures vidi quibus ac cidit talis status in temporibus egritudinũ.

¶ Quãdoq₃ prima accessio febris c̃oprehendit principiũ egri tudinis augmentũ et statum eius ita ꝙ principiũ eius est prin/cipiũ egritudinis. Deinde est augmentũ eius in eo quod sequi tur illud de eo. et deinde ẽ status eius in postremo ipsius. et po stmodum apparet in poxismo secũdo signa declinatõis mani/feste. primo crisis.

¶ Finis tpis pricipii quod tp̃s ẽ inter pric̃ipiũ et statũ egritu dinis est ps vna egritudinis uocata augmẽtũ cũ inicio manife statiõis signorũ digestiõis et manifestatio signorũ digestionis c̃osistit inter signa absc̃odita et debilia digestiõis. et inter signa pfecte digõis: prima crisis.

¶ Signa digestiõis c̃oplete sunt euaporare in vrina: ypostasis residẽs alba c̃otinua lenis et signa digestiõis occulte et debilis sunt pmutatio urine a colore aque ad citrinitatẽ modicã vel p̃mutatio status substãtie ipsius a subtilitate in grossitiẽ. et simi liter pmutatõ status substãtie urine a grossitie in subtilitatẽ. cũ uero egritudo ẽ cũ istis absc̃osiõibus ẽ pricipiũ sui. pria crisis.

¶ Manifesta signa significãtia pricipiũ egritudinis iã trãsite sunt cũ apparet nebula alba equalis continua vel depẽdens in medio aut natãs in supficie. Et similiter cũ apparet nebula cu ius color est rubeus caninus. vel cũ apparet sedimen subsidẽs coloris rubei canini. vel cũ apparet urina pulcri coloris cum substantia equali. primo Crisis.

C Cessatio egritudinis furiose fit cum labore: et labor hic est illud quod ꝓprie nūcupamus crisim: et non est propria nisi febribus que generant̄ ex chimis acutis: Deinde post hoc febribus que generant̄ ex apātibus acutis uelocis motus: uel ex apostematibus q̄ sunt ī mēbris de qbus dubitat̄. secūdo crisis.

C Cū egritudo est magna et fortis: eius cessatio erit cū crisi. Et cum est parua et debilis: erit eius cessatio sine crisi: et ex motu egritudinis scire poteris diem crisis: quia crisis fit semper in die paroxismi febris et aduentus crisis in die quietis ē rarus: et hoc non uidi accidere nisi semel. iii. crisis.

C Digestio pfecta fit tempore status egritudinis: et crisis laudabilior accidit post statum uel parum ante: et crisis facta omī tempore uicina statui est laudabilis magis illa crisi q̄ fit in tpe a statu remoto: et post apparitionem digestionis perfecte ipossibile est accidere aliquo ipius illaudabilē crisim. tertio crisis.

C Primū. v. signorū significantiū bonitatē crisis presentis et maius ipius est digestio: secūdū ut fiat crisis in aliqua dierum crisis: tertium ut precedat et indicet ipsum dies indicatōnis cōtinuus in uirtute. quartū ut sit crisis uelox et leuis. quintū ut euacuatio sit similis nature sue. tertio crisis.

C Sudor conuenit omibus febribus et maxime adurentibus uehemētis inflāmatōis: fluxus uero narium apātibus calidis accidētibus in eo quod est sub ipocundriis excepto apāte cōcaui epatis cui tunc fit crisis per fluxum uētris colericum aut sudorem et quādoq; p uomitū: et in egritudinibus lateris gibbi epatis pectoris et pulmonis et aliorū q̄ cōsequūtur mēbra ipsa crisis melior est per sputum: et in doloribus qui accidunt renibus uesice et omnibus que consequūtur melior est crisis per plurimam urinam. tertio crisis.

C Febris facientis paroxismum omī die crisis fit per uomitū flegmatis et egestionem eius: et quartane ēt fit quandoq; cum ipsis euacuātur ex corpore res nigra et res habens colores diuersos: Et emitritei fit quādoq; cū ea est euacuatio colere et flegmatis et febris cū apāte frigido cerebri nominato litargia: et omnium egritudinū aliarum capitis per apostema fit eueniens in radice auris et omniū febrium que prolongantur fit crisis in

cuius varietate est fiducia per apostema et exituras in aliis lo
cis corpis. tercio crisis.

¶ Esse crisis male non est certū et firmū: et multotiēs non cō
prehenditur nisi estimatōe. sed esse crisis laudabilis certū est et
firmū. et cōprehenditur sciētia certa. tercio crisis.

¶ Multotiens accidunt homini vigilie: grauedo capitis. pigri/
cies: diminutio opatōis motus: et diminutio appetitus: labor et
dolor capitis et similia: et ipse incedit iuxta morē solitum et au
gmentant' accidētia huiusmodi accidentia quousq; psternūt ip
sum et non pmittūt eū habere quietē et redit principiū egritu/
dinis ab eo tempore quo manifeste incepit febris apparere quo
tpe patiens non potuit habere quietē. primo de diebus creticis

¶ Principaliter inter omēs dies creticos fortitudine et boni/
tate est dies septimus et hūc multotiēs denūciat dies quartus p
manifestam mutationē ipsa die accidentē: aut in vrina aut spu/
to aut assellatōe aut appetitu: aut mēte: aut sensu aut in simili/
bus. et mutatio accidentis in septimo semp cōformatur ei que
accidit in quarto. Si vero mutatio quarti fit in bonū crisis acci
dens in septimo erit bona. si autem in malū crisis septimi erit
mala. et multotiens quorū status mutatur in quarto in malum
moriūtur in sexto. primo de diebus creticis.

¶ Natura diei decimiquarti est proxima nature septimi. et si
militer nonus vndecimus et vigesimus sunt pximi nature de/
cimiquarti. et post istos ē quartus et post quartum est tercius
quintus et decimusseptimus. primo dierū crisis.

¶ In omnibus diebus creticis post vigesimū diē usq; ad qua
dragesimū omnis motus creticus est debilis et diminuit' pau/
latim paulatim. motus uero creticus qui fit post quadragesimū
est ualde debilis. et determinatio egritudinis in eo fit aut p di/
gōem aut p exituras. et raro fit p euacuatōm. primo de diebus
creticis.

¶ In. xii. et. xvi. die egritudinis nūquam vidi alicui accidisse
crisim. et similiter decimusoctauus dies et primus nō sunt cre/
tici. in sexto uero aliquādo accidit aliqbus egris crisis: sed ta/
mē cū dubiis accidētibus et forti dubitatōe. et talis crisis non
uerificat' neq; pficit' sed determiat' i malū. I. de diebꝫ creticis.

¶ Crisis que accidit in octauo aut duodecimo similis est cri-
si que fit in sexto. primo crisis.

¶ Dicitur incópleta crisis illa cuius egritudinis post crisim
accidentiū reliquie alique remāserūt. et incerta crisis dicitur q̄
recidiuat egritudinē post se. Et crisis ambigua dicit̄ illa q̄ non
est salua et habet secū praua accidētia propter que timet̄ de in-
firmo. Et crisis incognita est que nō habet māifestam euacua-
tionē nec manifestā exiturā. Et crisis subita est illa quā signū
pronosticū non precedit. primo de diebus creticis.

¶ Egritudo acuta est que ueloci motu mouet̄ et habet in se du-
bitationē. et egritudo pacuta est que determinatur in quarto et
que est ualde acuta nō tamē pacuta determiatur in septio. Et q̄
absolute dicitur acuta est que puenit usq; ad quartūdecimū et
est uere acuta. sed que determiatur post decimūquartū diē usq;
ad uigesimū dicit̄ acuta aliquo noie nec est acuta nisi noie solo
Vocat̄ et acuta q̄ accidit ex recidiuatōe prio de diebus creticis.

¶ Morbi tempa longa uel breuia his tribus declarant̄. natura
egritudinis. s. anni tpe et eo quod a corpe exit. natura egritudi
nis. quia egritudo generata ex colera nigra sicut quartana. et
ex flegmate sicut apoplexia. dolor renū artetica et siatica decla
rant longū principiū et remotio festinatōem. et febris adurens
pleuresis et pleriplemonia declarant breue principiū et statum
proximū. Et egritudo quāto magis est cū accidētibus acutis tā
to magis breue principiū et statū proximū declarat tpe anni.
quia egritudo generata in estate breue principiū et proximam
determiationē. et in hyeme generata longū principiū et remo-
tā determiationē declarat. Et eo quod exit a corpe sicut sputū
urina egestio et sudor. quia si cōtinuo cū egritudine appareāt
signa digestiōis egritudo ē breuis. et si ultimo appareāt est lon
ga. primo crisis.

¶ Crisis incōpleta est cū multa decurrit hūiditas in mēbrum
puū adeo q̄ eam non pōt cape mēbrū ipm et tūc reuertitur su-
perfluitas ipsa ad locū suū uel recurrit ad membrum nobile et
occidit. prima expositōis eius in. vi. epidimiarū.

¶ Dies cretici p quaternariū numerū cōputant̄ usq; ad. xx.
et sūt quartus septimus undecimus decimusquartus decimusse-
ptimus et uigesimus. et post uigesimū p septenariū usq; ad qua-

draginta .et post.xl.cõputant p uigenariũ usq̧ ad centũvigin ti:et post centũ viginti cõputant bis p circuitus mẽsiũ secũdũ q̄ cõputauisti p circuitus dierũ.et post mẽses per circuitus an/ norum.sexto expositõis eius in secunda epidimiarũ.

C In egritudinibus trãscẽdentibus.xl.diẽ fieri crisim p su/ dorẽ uel p aliquã spẽrũ euacuatõis ẽ impossibile.sed earũ ces/ satio ẽ paulati digõibus aut exituris.expõe eius i.iiii.aphoris.

C In febribꝰ cõtinuis cõputa dies secũdũ sui cursũ successiuũ et in febribus interpolatis cõputa poxismos piodicos tantum Nam quod opatur dies septimus in febribus cõtinuis opatur poxismus periodicus.septimus in febribus interpolatis. deci/ mustercius.s.dies in terciana pura. et decimusnonus dies in quartana pura.Expositione eius in tercia pronosticorũ.

C Perfecta et cõpleta crisis cõprehendit per significatõs sex quarũ prima est ut sit cum purgatõe post apparitõem signorũ coctõnis.secunda ut purgatio ipsa nõ sit cũ apostẽate.tercia ut purget chimos nociuos corpi dominãtes causantes morbum. quarta ut sit purgatio ipsa recta ex latere morbi. quinta ut sit in die cretico.sexta ut sit cũ quiete et corpis leuitate.Expositio eius in prima afforismorũ videlicet et quorũ fit crisis et quorũ facta est etcetera.

C Explicit particula vndecima. incipit particula duodecima cõtinens aphorismos depẽdentes a purgatõibus corporis per exitum sanguinis factis.

f Lobotomiã fore necessariã hec tria portẽdunt videli/ cet egritudo magna obsentia accidentis magni futu/ ri egritndinis ac etatis senilis et puerilis et fortitudo virtutis.Particula sexta de flobotomia.

C Hoc generale preceptũ attẽde in omnibus quos proponis flobotomare in ueris principio.et est ut ab eo qui flobotoman dus ẽ queras si in eius corpe ẽ aliquod debile mẽbrũ.Et si ha/ bet aliquod mẽbrũ huiusmõi declina repletõm sui corpis ad ip sum mẽbrũ et extrahe materiã ipsius repletõis p locũ ipsũ. Et si in eo nõ fuerit aliquod mẽbrũ tale flobotoma ipsum ex quo/ cunq̧ loco malueris.Particula sexta de flobotomia.

¶ Habenté venas amplas et grossas et habitudiné macilétam et coloré non albū et carné non lené ad flobotomādum ꝑpera sine timore. in eo uero cuius status est cótrarius flobotóia dubia est et timorosa. Eadem particula.

¶ Non minuas puerū ante decimūquartū annū: neqꝫ senem post septuagesimū: Et nó attēdas tamé nūerū annorū sed attē das eorū habitudiné. qa inuenies aliquos sexagenarios flobotomiā nullatenus patiētes et aliquos septuagenarios q patiūt eam quorū sanguis multus est et virtus fortis. et ab eis de eorū sanguie nó est euacuandū nisi parū etiā si sanguis eorū sit sicut illorū qui in iuuētute cósistūt. Particula sexta de flobotoia

¶ Status et accidētia in qbus non es proximādus ad flobotomiā etiā si signa sanguis demóstrét. hec sunt spasmus āgustia fortis: dolor fortis: tēpus caloris fortis: tēpus frigoris fortis: regio ualde calida: regio ualde frigida et sicca nimis. corpus capitis lenis humidū et rarū resolutóis facilis. grossities in corpe dominās. macies in corpe dominās. etas puerilis. etas senilis corpus timidum et insuetū flobotoie. corpus cuius os stomaci dolet aut é debile ex fastidio aut pūctura malorū humorum et corpus diaria occupatū. sed cum egrotās é repletus repletione multa in aliquo predictorū statuū etiā si insuetus sit flobotoie extrahas sibi modicū sanguis cū dubitatóe et timore. Status autem hii sunt ex hiis que defectioni uirtutis spūalis inherent Et a prima particula. vi. ad Glauconem hec precepta collegi.

¶ In corpe quod crudis hūoribus est repletū é dubia flobotomia ualde. quia virtuté debilitat et dissoluit adeo ꝙ corpus nó redit ad suū statū quādoqꝫ et maxie cum febris adest. particula sexta de flobotomia.

¶ Corpus in quo est modicū sanguis boni et hūores sūt crudi multi moueri cū aliquo uel ingredi balneū nó oportet. floia eni expellit sanguiem bonū ipsū et attrahit malū i véis primis epatis aggregatū et ipsum in totū corpus diffundit. et medicia solubilis sup dominū huius egritudis inducet tortóem mordicatóem et sincopim et nó euacuat aliqd quod sit alicuius quātitatis. et hūores ipsi pp sui grossitié precedūt et opilant meatus quare hūores ipsi subtiliandi sunt et incidendi cū eo quod cale

factōe multa minime calefacit. quarto consilii.

❡ Non semper cū reperiūtur signa repletōis in sanis est necessaria flobotoia. sed alicui sufficit abstinere a cibis et alicui diminuere cibos: et alicui lenire ventrē: et alicui habere sellas: aut frequētare balneū: aut exercitari tantū: aut multū fricare se cuilibet secūdum modū sue repletōis et secundū ꝙ potest sustinere et secūdum cōsuetudinem sui. et sufficiāt pro extractione sanguinis ista tibi. quarto ingenii.

❡ Flobotomiam mensurare celeriter te oportet qui hēt modicū sanguinis medicare eum prius ut eius humores boni efficiantur. et deinde flobotoma sibi venā. et post flobotomiā cibā eum. et iterū si necesse fuerit potes flobotomare eundē. et hec cura principaliter debet fieri eis in quorum sanguie est fex vel substātia residens grossa quinto ingenii.

❡ Cū acciderit alicui apertio oris venarū aut multitudo menstrui aut lenitas egestionis in tempe quo faciēda est flobotōia attendas horū fortitudinē et modū expulsiōis. et si videris sufficere huiusmodi euacuatōem pmitte naturā operari ipsam totam euacuatōem quā si minus sufficientē videris tu ipse euacua p flobotomiā quantū fuerit necesse. ix. ingenii.

❡ In eo cui necessaria ē flobotomia et supuenit sibi fastidiū oportet te differre floiam quousqꝫ cibus digerat͛ et a corpe superfluitas exeat eius. Et cum est necessaria sibi purgatio alia quā flobotoia postponere ipsā nullatenus te oportet. ix. igēii.

❡ Cum chimi in corpe equaliter dominātur sunt purgandi. et hoc facere intelligit͛ floia spēaliter et oīs purgatio sanguinis qualitercūqꝫ cōficiatur sicut mēstrua emoroyde et similiter exercitia fricatōes balnea et ciborū abstinētia p accidens faciunt idem. Expositōe eius quarta aforismorū.

❡ Non oportet te prohibere flobotomiā vene neqꝫ in die neqꝫ in nocte cū cognoueris in corpe sanguinē plurimū feruere sed euacua ipsum celeriter priusquā ad mēbrorū nobiliū aliqđ ipse fluat. Particula sexta de flobotomia.

❡ Multotiēs sanguis ad aliquod mēbrorū multū et subito defluit. et antequā putrefiat mortificat mēbrū ipsū totū et ꝓhibet actōes eius et nocumētū magnū exinde generat͛ sicut est apo

plexia que generat ex multo et subito fluxu sanguinis ad cere brum defluētis. Et tu cū significa multi sanguis simul cū for titudine uirtutū triū aialis. s. spūalis et nālis. et tunc ad flo botomiā propera sine timore. Eadem particula.

C Cū febris generat ex multo sanguie fortiter calido et fer uenti qui in corpe cōtinet festina patientē flobotomare et eua cua ab eo multā sanguis quātitatē adeo ut eger deueniat ad sin copim fortitudine uirtutis primitus requisita. et ego recolo se cūdo tercio uel quarto die inceptōis febris hoc euacuasse fere sanguinis libras quinqꝫ. Eadem particula.

C Patiētis virtus cū ē debilis et patiēs indiget ut ab eo multi tudo sanguis extrahat ipsum extrahe ꝑ plures vices prio die. s secūdo et tercō. et post totalē euacuatōm ipsū subtili cibo ciba Et oportet te cauere a multa euacuatōe in hora una nisi necessi tas te facere illam cogat. Eadem particula.

C Euacuare sanguinē cū proponis cōple eā in die propositi. et cū propōis ipsū attrahere ad cōtrariā ꝑtem attractōem ipsam noli cōplere prio die sed eā reitera secūdo die et tercio. et i utro qꝫ statu require fortitudinē patiētis. Eadem particula.

C Require mutationē coloris fluxu sanguis a uēa cū floātur in eo qui patit apa. et require furiositatē sui exitus si cessauit. et ꝑ omnibus his require statū mutatōis pulsus quē si videris mutatū in magnitudine aut equalitate sui exitū sanguis fac ces sare. et si ipsū mutatū inspexeris in debilitatē quid ex inde seq tur dicere nō est necesse mihi. Eadem particula.

C Egritudo cū est fortis et difficilis et uirtus egri fortis qcun qꝫ exercuit artē medicie et laborauit circa ipsā nō debet extra ctionē sanguis prohibere nec ab ea cessare ēt si repletōm signa egritudinis nō ostēdant sed tātūmō egritudinis fortitudinē et difficultatē sui. Cū vero egritudo fortis ē et difficilis cū fluxi bus uētris uel vomitibus et ipsorū causa ē multitudo aliorum humorū quā sanguis ipsos hūores ad cōtrariā ꝑtem in uirtutis reuolutione attrahere nos debemus. quarto ingenii.

C Exitus sanguinis sꝑ indiget uirtute forti que cōpetat quan titati euacuatōis. nā in febre adurenti q̄ generat ex prohibitōe resolutōis cū virtus ē fortis que rebus aliis ē nobilior. exitus ꝑ euacuatōm ē valde securus et ab ōi dubietate rēotus. et in reli

quis egritudinibus euacuatio é dubitabilis et patiés ex ea faci le incidit in multa mala.ix.ingenii.

¶ Patienté podagrã artetícã epilensiã melãcoliã antiquũ spu tũ sanguis et habeté ipsã egritudiné in habitu.et illũ cui opila tio squinãtia piplemõta pleuresis apostema epatis et optalmia fortis sepe accidit i eorũ pricipio flobotomaui. et similiter festi naui flómare eũ a quo sãguis fluere cõsueuit ex ore véarũ qui restrictus erat.et similiter mulieré a qua méstruus sanguis cur rere cõsueuit qui retinebat. Et similiter illum a quo sanguis e naribus exire cõsueuit et retinebatur.flobotõia eni in egritudi nibus his certe secura est et fidelis uirtute cõsiderata eorũ pri/ mitus et etate. Particula.vi.de flobotomia.

¶ Patientes doloré apostemosum oportet te flobotomare us ꝗ ad sincopim dũmodo aliquod quod illud probibeat nó inter sit.illum uero ex his qué sentire cognoueris tensioné et pun/ ctioné in pectore spina uel renibus flobotoma in basilica. et il lum qui in capite uel collo tensioné uel punctioné sentit flobo toma i cephalica. Et illũ qui sentit doloré equaliter in corpore flobotoma in mediana.quarto consilii sanitatis.

¶ A patiente scissuram nerui p latitudiné qui est in dubio de spasmo maxime cũ generatur apostema in loco scissure sang uiné síne misericordia plusꝗ ab aliis extrahere te oportet et ip sum postea subtili cibo ciba et quieté impa ei ac neca locũ pun ctũ cum oleo calido et similiter loca adiacentia sibi usꝗ ad radi cem nerui eius et vsque ad spinã et collum.vi.ingenii.

¶ Qui minuit sibi pp febré necesse hét hoc facere tpe declina tóis accessióis sue siue de die siue de nocte fiat. caueat tamé a minutóe cibo existéte in stó: et chilis i eo et uéis primis existé tibus indigestis uel nó replete digestis.et qui doloré hét absꝗ febre penitus melius tépus minutóis sibi é tps fortis doloris. et qui nó hét doloré melius tépus minutóis é pricipiũ diei pol stquã a sóno surrexit p spaciũ vnius hore. Parti.vi.de floia.

¶ In minutóe febricitãtis cui necia é ipa nó attédas nũerũ p teritorũ dierũ egritudis quarti uel qnti sed quãdocũꝗ egrũ mi nutóe inspexeris indigere ét si sit dies.xx.ab inicio egritudis minuas illũ stati cũ cognoscas egritudiné magnã esse uirtuté egri forté et cursũ etatis et tpis cõdecenté. Parti.vi.de floia.

¶ In patientibus egritudiné aliquá in mébris que sunt sub furcula flobotoia est melior in basilica subassellari: et in patié/tibus eá in mébris que sunt supra furculá in véa spatulari ter cio magne anathomie.

¶ Oportet te facere flobotomiá in egritudinibus mébrorum que sunt supra epar in venis manus. et in egritudinibus mem/brorú que sunt sub epate in venis genu et in saphena. primo expositóis in sexto epidimiarum.

¶ Apostema cú generatur in latere pulmóe diafragmate sple ne uel stomaco flobotoia basilice utilis est manifeste. et cum est apostema in mébris inferioribus illis quéadmodum sunt mé/bra cóiuncta scie vesice matrici vtilis est flobotomia uenarú ge nu: et eorú que sunt supra cauillam. Et cum é apostema in reni bus que mébra media sunt inter mébra que scripta sunt supe rius. vtilis est flobotomia uenarú manus propter uicinitaté ge/neratóis ipsius apostematis ad manus ita tamé ꝙ corpus totú sanguine sit repletú. et cú prolongaẗ apostema renú et vetera/scit utilis est flobotomia venarú genu et earú que supra cauil/lam sunt: Particula. vi. de flobotomia.

¶ Cum egritudinis sciatice causa est sanguis multus: noli in choare ab aliquo ante sanguinis euacuatóm. nec etiá sis conté tus euacuatóe sanguinis a pede sed ex interioribus brachii eua cua illum. x. miermir.

¶ Extracto sanguine a pede die vno p minutóem vene saphe/ne uel eius que est intra genu scio egritudiné que dicit̃ sciati/ca curatá fuisse. Et hoc sanú est cum egritudinis ipsius causa est repletio. non tamé cófert ei scarificatio que fit ibi. Particula sexta de flobotomia.

¶ Cum vis fluxú sanguinis qui ab ore venarú pueit retine/re flobotoma uenas manuú. et cú vis sanguiné ab ore ipsarú fluere flobotóa uenas pedú. et sic sp in ꝓuocatóe méstruorum flobotoma eas. Cú uero uis sanguiné retinere quem mulier emittit a venis matricis pforatis ex aliqua corrosióe sui uel re/pletóe flobotóa véas manuú cú nó sit ex méstruis sanguis ille In flobotomia.

¶ In inicio apatis epatis pectoris et pulmonis flobotoma ba/silicam manus dextre: que si nó appeat mediastiná. que si non

appeat cephalicā, et ī inicio apatis mébrorū supiorū minue ce
phalicā que si nó appeat mediasttinā incide: si nó appeat basili
cā. et in fine apatis gutturis flobotoma uenas que sunt sub lin
gua. xiii. ingenii.

C Cū egrotauerit splen minue uenā q̄ é inter mediū et mini
mū manus sinistre, et id quod intédis euacuare non euacues
subito sed inter dies duos. In flobotomia.

C Cū egritudo est in occipitio flobotoma manū uel frontem
et in apatibus renū et matricis flobotóa uenā q̄ é in genu, et si
ibi cómode fieri nó pót floia fiat in ea que é in cauilla dicta sa
phena. Et in egritudinibus spleis minutóem fac in manu sini
stra. xiii. ingenii.

C Minutio uene ex latere in quo é apa é ualde utilis patienti
et facta in latere opposito nó cófert adeo. et post tépus longum
sui utilitas māifesatur. et similiter floia cephalice ex pte egritu
dinis in fortibus doloribus oculorū mitigat doloré oculorum
ipsa hora et plurimū confert eis.

C In domio fluxus sanguis e naribus qui non cessat operata
floia vene et apposita sitia in uétre ad infrigidatóem capitis re
currere noli: sed appone sitiā in loco occipitii in pte posteriori
capitis ut attrahas ad diuersum. quinto ingenii.

C Vene pulsatiles q̄ sūt ī tīporibꝫ et q̄ sūt post aures flóant in
egritudibus capitis et ueteribꝫ egritudibꝫ oculorū cū cā egritu
dinis é materia calida subtilis. et spéaliter cū eger in pāniculis
sentit quasi pūcturā et extésioné dolori. remanetq; pūctura in
cétro illius loci. uerū qa in floia uenarū pulsatiliū que modici
est iuuaméti dubitatio magna cadit de fluxu sanguis cótinuo
uel generatóe apatis in eis fugerūt medici flobotóare eas mag
nas uidelicet et puas. In incisióe auté uene pulsus p latitudiné
in ptes duas nulla dubitatio cadit. quia ps ipsius quelibet re
trahitur ad parté suā. Particula. vi. de flobotomia.

C Cū coadunat multus sanguis grosse uel alterius male qua
litatis in uenis oportet te minutóem prio facere et secundario
dare materiā solubilé purganté hūores in sanguie existentes.
primo expositóis eius in sexto epidimiarū.

C Signa spéalia melácolie melancolice et egritudinū similiū
cum demóstrant q̄ sanguis qui est in omnibus uenis effectus

est meláćolicus minue medianā. Et si sanguis qui egredit̄ nō est melancolicus fac ipm cessare stati .et si videris ipm meláco licū extrahe ex eo quantū putabis sufficere corpi egrotātis. et est ex melioribus canóibus. Particula sciarū hec est.

C Dominis quartane in sui principio nó porrigas aliquid de fortibus medicinis nec euacues ab ipso principio eorū corpa. nisi forte uideris sanguiné multū suphabūdare. Et cū floboto mas require sanguiné qué si uideris nigrū et grossum secure potes euacuare. et si uideris ipsum rubeū subtilé facias ipsum cessare. prima ad Glauconem.

C Mulieres quibus accidit ydropisis ex retentóe méstruorum et similiter eum cui accidit hoc ex retentóne sanguinis ex ore uenarū uel fluxu saguinis e naribus fluere cósuetū festina mi/nuere antequā virtus deficiat et anulletur. vii. expositióis eius in sexto epidimiarum.

C Apponat̄ sicia in occipitio ut attrahat̄ materia existés ad p té posterioré q̄ ad oculos descédit et flóet̄ uéa frótis ut attrahat̄ materia existési posteriori pte cerebri ad pté āterioré. i. hūorū

C Eum cuius sanguis meláćolicus é grossus et multus minu ere prio melius é. et postmodū purgare melancoliā eius. cū ue ro in cuius corpe dominātur hūores crudi purga priusquā ge neret̄ in eo egritudo cū cautela tamé. et cū generat̄ in eo febris nullo mō accedas ad purgatóem. In flobotomia.

C Cū curaueris duricié splenis et remanet egritudo scarifica locū et appone siciā desuper. Et inter ea que spéaliter utilia sūt duritiei splenis est minutio uene que est supra auré sinistrā. et appositio de eodé sanguine egresso et fricatio cū eodem supra splené egrotātis. ix. miermir.

C Cum generat̄ apostema in pectore uel cerebro uel eius pā niculis nó debemus apponere siciā in ipsius principio: sed po stquā prohibuerimus materie decursus et purgauerimus totū corpus et tūc appositio sicie satis cófert. apposita uero sicia cor pore repleto supfluitaté attrahit a toto corpore et ducit eam ad cerebrū uel ad pectus uel ad pulmoné uel ad parté aliā i qua é egritudo. xi. ingenii.

C Cū causa efficiens tensionis est sanguinis multitudo qué admodū accidit i mébris apatis stati patienté minuere te opor

tet. qui si timuerit minutõem eritqȝ eius virtus debilis attrahe sanguiné p tractū mutanté. xii. ingenii.

¶ Explicit particula. xii. incipit particula. xiii. cõtinés aphorismos depédentes a purgatõibus corpis p medicias solubiles.

O Mnes medicine solubiles nocet stõaco et ori eius specialiter quod é sensibile magis. et iõ necesse est medicinis solubilibus aliquas mediciaſ aromaticas amiscer ri. Expositione eius in secũdo morborũ acutorũ.

¶ Corrumpitur potio medicinalis cũ cõponitur ex una q̃ solũt statim cũ descendit in corpus. et ex alia q̃ post lõgam morã Expositione eius in secundo morborum acutorum.

¶ Ait moyses lacticinia et scamonea soluunt statim cum reperiuntur: et gumme solubiles post moram et sunt oppoponacũ Galbanum. serapinũ. assa fetida. et armoniacũ.

¶ Semina aromatica frangunt nocumentũ medicine solubilis nec prohibét eius operationem: sed adiuuãt eam. qa eorum uirtus subtiliat et diuidit humores grossos et aperit uias et preparat ipsas ad fluxum. expositione eius in secundo morborum acutorum.

¶ Medicina solubilis cũ transit p meri et os stomaci in eis ipsius aliquid inuiscatur. et forte aliquid eius in stomaco remãet quod magnũ generat nocumétũ. Et ideo post asumptioné eius mébra hec lauari necesse é cum aqua ordei et farre eius. secundo acutorum.

¶ Ait moyses necesse est ꝙ huiusmodi mébra lauentur post operationem medicine: ante cibũ cũ iure galli ad hoc ut cibus nõ admisceatur illi residuo quod remansit in uillis stomaci ex medicina. Et oportet ut lauatio fiat cũ aliquo uiscoso mundificato et mollificato. Et ideo ypocras et G. elegere in hoc far ordei et uiderunt esse utile ad usum predictum ut de eo modicum porrigatur quod sit sufficiés ad lauãdum tantũ. et si aliquis nostrum hoc faceret: statim euomeretur medicina tota simul. unde melius mihi uidetur ꝙ recipiatur modicum de iuleb calido. et similiter receptio farris ordei post medicine operationé est parũ usitata i regionibꝰ omibus quas circuiui et é abhomiabilis. nã stomacus cito deuéit ad abhomiatõem post purgatõem

Et melius mihi uidet ut porrigatur modicū aque calide in qua bulita sint radix altee et semen eius cū aniso uel dorsino et si / milibus ad hoc ut simul colligam uiscositaté mundificationé a romaticitatem et saporositatem que coletur supra zucharū. et si addat semen myrthi coniungitur uiscositas et aromaticitas. et est de medicinis cordis. et cum hoc egreditur a stomaco offerat ius galli.: et si patiatur sitim ponat loco seminis mirthy psiliū

¶ Euacuatio per medicinas solubiles uel uomicas non semp est utilis: quia huiusmodi euacuatione non indiget nisi ille cui ipsa est necessaria ualde: et ipsa fiat per longa temporis iterual / la. expositōne eius in quarto aphorismorum.

¶ Euacuare corpus medicina solubili uel uomica cum inten / dis proxima te ad subtiliationem humorum grossorum et uisco sorum et diuisionem eorum et pororū aperitionem quibus cu / randi sunt humores ipsi: et cum uis eos ducere per secessū mol lifica uentrem continue: et cū per uomitum uis ducere illos uo mitum incitare prius multotiens te oportet. expositione eius ī secundo aphorismorum.

¶ Purgare coleram citrinā est facile et purgare flegma: et spe cialiter grossum et uiscosum et similiter coleram nigram est dif ficile. ultima aphorismorum.

¶ Omnes humores crudi sunt tardi motus propter eorū gros sitiem et frigiditaté: et cum mouentur a medicina precedunt et claudunt omnes meatus strictos et ideo humoribus crudis exi stentibus non debent ipsi a medicina solubili icitari.

Quarto consilii.

¶ Ad purgationem colere nigre est necessaria medicina forti or ea: que necessaria est ad purgatōnem colere citrine propter grauitatem et fortitudinem sui. Expositionis eius in quarto a / phorismorum.

¶ Aliqui hominum sunt contenti purgatione corporis semel in āno ī ueris pricipio: et aliqui idigent secūda purgatione ī au tūno. Cū autem in corpore coadunati sunt humores mali pur ga ipos cum medicinis purgantibus humorem dominantem. Et cum in eo est humorū multa quantitas adunata purga eos per minutionem. vi. consilii sanitatis.

¶ Ad purgationé corpis ab his qui sunt ibi húoribus et pur
gationé capitis simul ab eo qui est ibi fluxo necessaria est me/
dicina cóposita ex medicinis diuersarú uirtutum queadmodú
sunt pillule quas nos cópilauimus ex aloe scamonea colloqui/
tida agarico bdellio et gumi arabico que expellunt multas spe
cies ex spébus supfluitatú: et si postmodú indigueris medicis
extrahentibus melancoliá opare eas. quinto ingenii.

¶ Corpi accidit cóplexio mala et uenarú debilitas ex aliquo
humorú singulariter cú purgatur. et uetris fluxus qui sponte
fit his casibus tribus cóstat. pria ipsarú est debilitas virtutis.
secunda opatio oris uenarú. tercia humorú púctura. tercio me
dicinarú.

¶ Cum propinabis medicina solubilé primú quod egreditur
est illud ad cuius exitú intendisti. deinde virtute medicine effre
nitáte subtilior de húoribus qui remáserút egredit deide gros
sior et ultio sanguis. Et subtilior inter húores est colera et post
eam flegma. Et melancolia é grossior inter húores. sanguis ue
ro non emittit nisi ultimo postquá medicina vicit naturá et de
bilitauit eius uirtutes. tercio medicinarú.

¶ Virtus medicine effremitat cú in ore uenarú ad stomacum
tendentiú ipsius remanet multa uirtus que pungit dilatat com
mouet et cópellit eas cómotóe cótinua ad expulsioné eius quod
est in eis. et ipsorú uirtuté defectat. tercio medicinarú.

¶ Medicinarú solubiliú assumptarú et nó opantiú actóes su
as aliqua opatur malú et aliqua cóuertit in cibú. túc uero opa/
tur malú cú a corpe uirtuté quádam recipit quá attrahit et solu
tioné augmérat sui et soluit ac si ppria uirtute solueret. et cum
ipsa nó expellit túc in cibú cóuertit medicia. iii. medicinarú.

¶ Quidá medici famosi quos noui cú dederút medicias solu/
biles et medicie ipse earú uirtute nó soluebát stupefacti sunt et
nesciebát qd facere deberét. et cú uocatus fui aliqué illorú qui
medicias sumpserát mádaui balneare se intra balneú. aliqué
flobotomaui alicui uomitú prouocaui et alicui medicias stipti/
cas dedi. et cú hoc feci uentres ipsorú statim soluti sunt: Parti
cula sexta de examinatóe medici.

¶ Necessariú est balneú ante receptóm potóis p ynum duos

uel tres cõtinuos: quia balneũ liquefacit hũores et locũ corpis si quis induratus est et tensus mollificat et relaxat quibus para tur corpus: ut quod debet per ipsum fluere cito fluat. quinto ex positionis eius in. vi. epidimiarum.

¶ Egritudo q̃ ẽ in colera uel flegmate multotiens curatur uni ca potõne ea quidẽ que accĩt ex melancolia queadmodũ cancer et lepra non curatur p unam potõnẽ sed indiget. secũda. tertia. quarta. et quinta. Expositione eius in prima aphorismorum.

¶ Melancolia cũ in corpore dominat̃ eius purgatio melior ẽ continuis uicibus et continuis diebus p inferius tempore sani tatis et tempore infirmitatis. tertia expõe eius i secũda epidim.

¶ Medicine solubilis assumptio et minutõnis celebratio non ualde confert ei qui in consilio suo inordinate procedit copiose potum sumẽdo: quia ex malo suo consilio multi humores cito in eius corpore aggregantur: et ideo ad curam eius proximare medicum non oportet. par. vi. de flobotomia.

¶ Non oporteret te cum uenter soluitur ad cessationem flu/ xus ante horam congruam incedere: nec etiam si sponte cessa/ uit ante horam ipsam constrictionem sui aliquatenus tollerare sed oportet te inspicere et uidere qualitatem et quantitatem sta/ tus humorum corporum omnium: quia si quod iporum residu um remanet duram egritudinem generat et molestam. primo expositionis eius in. vi. epidimiarum.

¶ Cognoscitur ꝙ medicina solubilis quã dedisti alicui cõtu lit et ꝙ corpus est mundificatum ab humore quẽ euacuare in/ tendebas si illud quod emittitur inspexeris mutatum esse: dum modo mutatio ipsa non sit rasura intestinorum: aut aliquid de genere sanguinis uel aliquod fetidum: aut aliquod purum. Nã egressio humorũ purorum fit ex multitudine caloris extra na/ turam et fetidum ex putrefactione: et egressus melancolie que non egreditur per medicinã fit ex dominio adustionis. Eadem Expositione.

¶ Sunt aliqui ad purgandum difficiles et aliqui qui multum purgantur ex debili medicina: et cum egrotans non patitur fe/ brem fortem et noueris eius naturam: da sibi subtilem medici nam. Expositione eius in secunda morborum acutorum.

¶ Virtus corpis cũ purgatur redit debilis. et ideo non potest cibum multũ tollerare nec immutare ipsum. Cibus igit᷑ post purgatioñe est diminuẽdus et gradatim postea est augendus. et sit cibus qui facile digerat᷑. Expõne eius in secũda acutorũ.

¶ Cũ accidit febris ualde fortis caue tibi appropinatione medicine solubilis ex purgatõe ꝑ minutionem specialiter. quia in purgatõe que fit ꝑ minutõem aliquid dubii cadit. Expositione eius secũda morborũ acutorum.

¶ Noli intendere ad cessatioñe fluxus qui alicui confert nec per cibũ habenté uirtuté restrictiuã debilé. nec per medicinam etiã restrictiuã. quia si humor malus restrictus est sursum ascẽdit. et multotiés generat febré seu apostéa in epate uel in aliis membris. secũda expositõis eius in sexto epidimiarũ.

¶ Oportet te timere cũ proposueris dare medicinã solubilem fortitudiné temporũ accessus : aut dierũ crisium. quia uirtus medicine corrũpitur cũ hũores tẽdunt ad supiora corpis et ad cõtrariam ptem eius per quã debet euacuare. secũdo expositionis humorum.

¶ Non possum nũerare quot ytericos liberaui per fluxũ ventris tantũ. et similiter quot leprosos et patiẽtes longas et antiquas egritudines liberaui tãtummodo fluxu ipso. Particula sexta de examinatõe medici boni.

¶ Plures letãtur cum multũ purgãtur tempe breui. et iuxta quãtitatem eius quod euacuatũ est ab ipsorũ corpibus die primo sequẽtibus diebus cõstringitur egestio eorũ. quito consilii sanitatis.

¶ Cum volumus purgare pueros propinamus nutricibus eorũ aliquã medicinarũ solubiliũ ut virtus illius medicine remaneat in lacte earũ et hoc mãifestũ est generaliter in omni animali. quorũdam eni uẽter est solutus aliquando ex potu lactis caprarũ comedentiũ ramos scamonee seu lacticiniorũ. et quidam eorũ qui comederũt cõturnices ex elleboro quẽ ipse aues sũpserãt mẽbrorũ passi sunt tẽsioné. quinto expositõis eius in sexto epidimiarum.

¶ Eum oportet te clisterizare cuius virtus est fortis et supponere liciniũ ei qui debilis est uirtutis. iii. morborũ acutorũ.

¶ Quidam antiquorũ preceperunt ut si quis pateretur colicã acciperet lapillũ salis et eum supponeret sibi: quia sal cito extra hit egõnem: illud idem nitrum cũ supponitur operatur. Particula sexta de colica.

¶ Clistere factum ex duabus partibus picis liquide et ex tribus partibus olei cõfert mirabiliter colice passioni stomaco existente forti: cauendũ est tamẽ ab huiusmodi clistere: et ab omĩ clistere in quo medicamina fortia ponũtur stomaco debili existente: habentem uero stomacũ debilem clisteriza cum medicinis leniriuis. ipe. n. cũ nõ adducẽt stõaco debilitatẽ aliquã nec mutant de egritudine in egritudinem patientẽ: et cum sit clistere ex fortibus medicinis magnitudine sui forte peruenit ad stomacum et ascendit in linguam. par. vi. de colica.

¶ Cum sunt humiditates pungitiue in intestinis necessariũ ẽ primo clistere cum aliquo quod eas mũdificet sicut est aqua mellis et aqua ordei et humiditatibus ipsis egressis necessariũ est clistere cum aliquo punctionem mitigante incollante et solidante. vi. expositionis eius in. vi. epidimiarum.

¶ Facimus clistere cum aqua salis ei in cuius intestinis sunt uulnera putrefacta ut abluat quicquid est putrefactũ et extrahat cortices nõ paucos: et cum mundificatus ẽ locus clisterizamus cum medicinis adaptantibus purgationem. Expõne eius in prima humorum.

¶ In quo corpore caro lenis et rara est resolutionis facilis: et similiter in quo corpore est pinguedo uel macies dominãs oẽs speties purgatõnis sunt dubie et timorose. Sed ipi purgãdi sũt cum dieta temperata fricatõe clisteribus lenibus distillatiõibus emplastris suppositoriis et balneis: et hos quorum status talis ẽ dispones secundum ꝙ significat ipe status. primo ad Glauc.

¶ Cõfert multotiens matricibus ulceratis clistere ex lacte cocto cum lapidibus uel ferro et confert etiam clistere ipm habentibus emoroidas uel ulcera in ano. x. medicinarum.

¶ Eum qui passus est morbum cronicum et usus est dieta neutrorum tpe longo cum te oportet clisterizare pp incarceratam egõnem sui noli clisterizare acuto clisteri sed clisteriza eũ cũ oleo tantum. quinto consilii.

¶ Procura soluere uentrẽ eius qui patit᷑ febrẽ inclusam pu/
tridã. et si nõ soluitur uenter eius ipsum cũ aqua melle et oleo
clisteriza. xi. ingenii.

¶ Clisteriza patientiũ ulcera intestinorũ sunt cõposita ex re/
bus stipticis mũdificatiuis digestiuis dormitatiuis et mitigati/
uis et incolatinis. et apponẽde sunt alique ipsarũ uel oẽs secũ/
dum egritudinis quãtitatem. et horum clisteriorũ materia sit
aqua farris ordei et modicũ vini stiptici. ix. miermir.

¶ Tradidit ebilulefilius zor Maruen filio suo doctrinã me
dicinarũ solubiliũ quã oportet medicũ semp habere in mẽoria
que talis ẽ. ꝑcaue tibi a porrectõe medicinarũ fortis solutionis
et ꝑmitte semp digestionẽ. apertionẽ pororũ ablutõm meatuũ
et lenitatẽ egestionis. et nũc demũ euacua materiã et cũ urget
te necessitas uentrẽ soluere tempe frigoris appone solubilibus
aliquod quod liquefacit humores ut sunt salis species et piper
longum. et estus tempe cum fuerit tibi necesse soluere uentrẽ
noli apponere aliquod liquefaciẽs solubilibus medicinis. Et in
utroq; statu oportet te medicinis ipsis solubilibus aliquod qđ
cõfortet stomacũ immiscere ut est mastix anisum et absinthiũ.
et oportet etiã te apponere medicinis ipsis aliquod quod ab in/
testinis et epate medicinarũ solubiliũ prohibeat lesionẽ ut sũt
amigdale phistici et earũ oleũ sucus liquiritie et similia.

¶ Et dictũ sui est. omnia solubilia quãto magis lauant᷑ tanto
magis diminuitur eorum solutio. et simile est cũ ebuliũtur et
et quãto magis terunt᷑ tanto citius alique interficiunt et alique
citius soluũt. que si sunt secure citius prouocãt vrinam. Et de
omnibus stipticis est cõtrariũ: quanto magis lauant᷑ uel deco/
quũtur tanto magis minuitur eorũ stipticitas. Et similiter quã
to magis terunt᷑ additur eis stipticitas et retinent vrinam.

¶ Et dictũ sui est recordare ꝙ cuiusdã iuuenis patiẽtis febrẽ
liquefacientẽ carnẽ adeo ꝙ emisit pinguedinẽ ꝑ secessum cura
melior et potior est in aquã frigidam sui descẽsus. Recordare
etiã ꝙ eum qui sumpsit medicinã solubilem in aere frigido ꝓ
pter grossos hũores quos habebat ex quo accidit sibi languor
et angustia et dolor stomaci et intestinorũ pro eo ꝙ medicina
ipsa nullatenus eũ soluebat ingressus sui in balneũ et descẽsus

sui in concham calidam soluit et humores eius ad exitū facilio res reddidit et dolores eius et angustias cessare fecit. Recordare eius qui sumpsit medicinā solubilem propter subtiles humores quos habebat in aere frigido ex quo augmētatus est fluxus eius. et per introitū sui in balneū et p descensum sui in cōchā calidam restrictus est ipse fluxus. in primo eni balneū liquefacit humores et dissoluit in secundo caliditas balnei ad exterius traxit eos.

¶ Et dictum sui de omni medicina solubili p quam purgare caput intendis fac pillulas grossas et illas pillulas duras porrige eunti dormitū cū aqua calida in qua buliant vue passe dōec ascēdant supius. et semp immisce modicū alleorū medicinis purgantibus caput.

¶ Et dictū sui est medicinarū fortiter solubiliū alique nō operan ur in aliquo in quo alique medicinarū mioris virtutis quā ipse operantur. Et cū porrigis alicui medicinā et non opatur noli addere ex ea aliquid. Sed da aliā etiā si habeat minorē uirtutem. aut p multos dies post primā medicinā vel statim. nec vnquā post medicinā solubilem porrigas statim cibum et ante medicinam ipsam porrigas cibum subtilem. et postea per dies aliquos iuxta quantitatem fortitudinis medicine.

¶ Et dictum sui ē medicinarū diureticarū seu solubiliū confectio uel receptio cum vino est erronea. quia generat maximam dubitationē opantibus illud. tales cogitātes cū hoc confortare mēbra non cōfortant ea sed augent potius venenositatē ipsarū medicinarū et non recordant̄ nature mēbrorū principaliū que nō sustinēt medicinas fortes quarū fortitudine mors succedit.

¶ Ait Moyses hoc uerū est cum euacuatio est p medicinas solubiles venenosas vel fortes uenenosas sicut sunt colloquintida et turbith et fortes ut sunt cataputie. sed medicine secure et precipue agaricus qui est medicina iuuās cōtra venena conferunt multū quādo sumūtur cum vino. et ego hoc sum opatus aliquotiēs ad purgatōm capitis et vidi illud multū opari. et pre ceteris medicinis cerebrū mūdificauit: et recipiēs inuenit alleuiationē maximā et dilatationē anime. Et ideo cū porrigis medicinas inspice in specialibus suis.

¶ Preparatio colloquintide est nucleus phisticarū et ptost eū

nucleus amigdalarũ. et hoc scimus longa experiẽtia. et prepa ratio electuarii sunt flores nenufar, et si addatur eis oleũ amig dalinũ melior est preparatio ipsa.

¶ Humorũ pũgitiuorũ declinantiũ ad intestina euacuatio fa ciẽda ẽ p inferius p clistere. s. cõueniẽs, et inter res alias aqua ordei est potior et cõueniẽtior ad predicta. xii. ingenii.

¶ Dixit Temimius in introductorio suo. Lac ebulitũ et tem pore ebulitõis positũ in eo semen nasturcii nõ tritum quousq₃ egrediatur mucilago eius in eo curat egritudines generatas ex potu medicinarũ solubiliũ siue pillule fuerit siue decoctões cũ sumitur ipum lac tepidum, incollat eni intestina et lauat a stõa co et intestinis reliquias medicine.

¶ Ait Moyses hoc uerũ est sed oportet ꝙ illud lac sit caprinũ et cũ acciderit recipiẽti medicinã sitis fortis et accensio in sto maco et intestinis psiliũ cũ aqua et sirupo rosato multũ ꝓdest.

¶ Dixit Temimius in intreductorio suo cepe cõtusum et ap positum naribus cum sumit᷑ medicina solubilis tollit abbomi natioñe et prohibet vomitũ specialitate sui.

¶ Explicit particula deciatercia. Incipit ꝑticula deciaquarta cõtinens aphorismos depẽdentes a purgatõibus corpis p me dicinas vomicas.

f Legma quod defluit ad intestina aut generat᷑ ibi sup fluitas colere citrine lauat et extrahit cũ secessu. et cui generat᷑ in stomaco multũ flegmatis antiqui medici ꝑ ceperũt exercere uomitũ post cibum semel in mense. et quidã eorũ mandarũt hoc fieri bis in mense. Et omẽs cõcordant ꝙ ci bi qui ante vomitũ recipiũtur sint saporis acuti cũ uirtute mũ dificatiua et extersiua ut mũdificet totũ flegma in stomaco con tentũ ne ipsius malicia ledat corpus. et medicine extersiue om nes sunt pungitiue citrinã colerã generãtes et corpi nocentes cũ dant᷑ in cibo. xv. iuuamentorũ.

¶ Quodcũq₃ corpus hẽt in exterioribus hũores acutos et pũ gitiuos nõ debet vomitũ exercere ne supfluitas que ẽ extra ad interius reuertat᷑ imo debet euitare tractũ hũorũ pungentiũ ad interius sicut tractus humorũ crudorũ qui sunt iuxta epar ad exterius euitatur. quarto consilii sanitatis.

¶ Humorem melācolicū semp oportet te purgare p inferius et nūquā p uomitū. expositōne eius in quarto aphorismorū.
¶ Et dixit in expositione in quarto aphorismorum humor a/cutus subtilis supiora petēs hyemis tpe uomitu nō purgetur.
¶ Ei q patit sincopim ex humoribꝰ os stomaci pungētibꝰ pro pina aquā calidā feruētē uel āmixtā cū aliquo oleorū: et ut euo mat māda ei ꝙ si forte uomitus retardat calefac stomacū ipius cū aqua calida et plātas manuū et pedū. Et si cū hoc non potest uomere propina sibi oleū calidū melius quod potes iuenire: et hoc oleū multotiēs nō ꝓuocat uomitū sed mollificat egōnē. et ex hoc accidit utilitas domino huius status. primo ad Glauc.
¶ Humores colericos dominātes uersus stomacū purga p uo mitū post exerciciū āte cibū. et usus uomitus cōfert ei cuius cō plexio ad caliditatē et siccitatē a sui pricipio ē decliuis. vi. cōsi/lii sanitatis.
¶ Qui habet in stomaco flegma uiscosum / residens et est ex euomētibus facile utilis ē uomitus sibi cū se caniabin de radicibꝰ. et si est flegma subtile nec est uiscosū cū aqua farris ordei tātū uel aqua mellis tātū. Illud uero qđ ex eis recipitur ad euomēdū sit quātitate maius illo qđ ex eis recipit ad cibandum. septimo ingenii.
¶ In quo uis ꝓuocare uomitū post cibū ꝓpina sibi post come stionē aliquod cerebrū in multo decoctū oleo: quia hoc corpus ad uomitum ualde mouet. tertio ciborum.
¶ Cepe narcisi est de medicinis uomicis: et ideo cū uolo ī ali/quo ad purgatōm corpis a supfluitatibus cibi uomitum prouo care do sibi ex cepis ipsis duas uel tres comedere ante cibum. Expositōne G. in. vi. epidimiarum.
¶ Qui ē ex uomētibus facile ad mūdificatōnē corporis sui a supfluitatibus cibi exerceat uomitū āte cibū: et q ē ex uomēti/bus difficulter ad mūdificatōnē corpis sui a flāte post cibū de/beat uomitū exercere. expōe eius ī doloribus mulierum.
¶ Dixit multotiēs exercet uomitus ad mūdificatōnē hūoris grossi et uiscosi ad stomacū decurrentis et alicui illorū q quotti die uomitū exercēt uomitus minime prohibet qui solūmodo se mel uel bis uomitū celebrarūt ī illis tātū ꝓhibetur. expōe eius ī humana natura.

¶ Cum in stomaco sunt hũores pũgitiui ibidẽ generati uel il-
luc decurrẽtes qui ꝑducũt fere ad sincopim patiẽtẽ exerce i illo
uomitũ cum aque tepide potu. xii. Ingenii.
¶ Mouere corpus motu uiolẽto post potũ, uomitũ incitat qui
motus turbat hũores ad superius quẽadmodum in nauiganti-
bus accidit, expositione eius in quarto aphorismorũ.
¶ Res uomitum ꝓuocantes nõ sunt sumẽde subito sed grada-
tim ut morã faciẽtes i stomaco diuidãt et subtiliẽt. Et ultimo ip-
se res uomice sũpte in quãtitate maiori euacuãt prr uomitũ qđ
in stomaco et in uenis primis ꝓpe ipm positis cõtinetur. Expo-
sitione eius in humana natura.
¶ Explicit particula. xiiii. Incipit particula decimaquinta
continens aphorismos dependentes a chirurgia.

V Lcera putrida serpẽtia et dilatãtia se circũcirca indi-
gent curari fortissimis medicinis: et multotiẽs hec
ulcera nõ curant̃ nisi cauterio ignis. v. catagenis.

¶ Quedã ulcerũ carbones dicuntur: et carbo ẽ ulcus loco cu-
ius accidit tãquã ustio ignis, et est apostema undiq̃ circulatũ
malignũ cuius malignitate febris cito accidit et dubitatio ma-
gna: quare sup adustionẽ medicinã fortem ex medicinis adurẽ-
tibus ponere te oportet: et super locũ apostemati coniunctũ em-
plastrum quod colligat comprimat et expellat quicquid ab apo-
stemate resoluitur atq̃ fluit. quinto catagenis.
¶ Membrũ uẽtriculatũ et cõcauũ cauterizari nullatenus ẽ
necesse et in corpe nõ ẽ mẽbrum aliquod quin sit uẽtriculatum
et cõcauũ. exceptis manibus pedibus et neruis. Expositione
eius in secundo medicinarum.
¶ Habentibus saniem inter pectus et pulmonem nõ cõpetit
cauterizatio nisi laborẽt multo empiãte atq̃ magno. et adsit in
eis despatio de screatu. expõe eius i. vi. aphorismorum.
¶ Ait moyses attẽde quia nõ precipit cauterizare nisi cũ adest
despatio. et ideo hic hiis q̃ dixit i. ii. mediciarũ mime cõtradicit
¶ Cauterizatio cũ ferro candẽti uel medicinis adurentibꝰ de-
bet fieri i locis quibus adsunt egritudines fortes ex fluxu mul-
torũ hũorũ uel ipsorũ malitia quẽadmodũ sunt ulcera mala. -
Sexto expositionis eius in sexto epidimiarum.

¶ Non oportet cito pforari uentré ydropicū. sed hoc debet fi
eri cum est augmétata humiditas intantū q uirtuté aggrauat
et defectat. et oportet cito cauterizari pectus patiētis ulcus pul/
monis antequā ulcus putrefiat. vii. expónis eius i. vi. epidim.

¶ Cum aperueris aliqué locū et euacuaueris inde quicquid
est ibi ex sanie: caueas tūc et semp ne apponas sup eum oleum
uel aquā. et cū eges lauare plagā laua illam cū aqua mellis uel
cum aceto tempato uel cū uino solo uel cum uino cómixto cū
melle. secundo ad Glauconem.

¶ Vlcera fortissima in quibus est putredo indigēt fortissimis
medicinis quarū uirtus é fortis adeo quéadmodum est ignis
uirtus sicut est terra francigena uitreolum utrūq; auripimentū
et calx que medicine adurunt uelut ignis: et his ulceribus plu
ries adhibemus igné cū ipse medicine deficiūt ab opationibus
suis vires suas in ipsis ulceribus amittentes. et predicte medi/
cine cópetunt egritudini cognite p carbones ignis cum supra
locum corticis qui recipit putredīné apponūtur Et non oportet
aliqd illarū medicinarū appóere circū circa. secūdo ad Glau.

¶ Medicine que cópetunt locis putridis sunt hec farina orobi
cum aceto mixta farina sagine mixta cū melle. farina fabarū.
acetū mel et aliqui trocíscorū desiccantiū et sal. Tu auté elige ti
bi ex his et similib9 iuxta cóplexioné vniuscuiusq; et membri
secundo ad Glauconé.

¶ Membrū putridū aut mortuū cum incidis cum cautela hoc
facias et timore opatis prius medicinis supius noiatis secūdū
naturā egrotantis et mébro. Et cū incidis mébrū coque radicé
sicut multotiés ego feci. secūdo ad Glauconem.

¶ Cancer est egritudo quā multotiens curauimus et sanauí/
mus. Sed cū apostéa hoc diuturnitate tpis multū creuit nullus
curare potuit illud nisi cū ferri incisione fetā circum circa loca
apatis euellēti radices eius et ptingēti ad locū sanū. In cuius
incisióe dubitatio magna cadit cū sūnt in apate vene grosse et
maxie pulsatiles de fluxu sanguis magno et cū mébro nobili
é vicinū. secundo ad Glauconé.

¶ Incisio arteriarū que post aures sunt cófert habétibus sco/
tomiā uertiginé et spés magnorū dolorū capitis sicut est emi/
cranea et galea. et forte nó cófert eis cū sūositates egritudines

generātes aſcēdunt ſupius ad cerebrū ad rethe cerebri. ſcilicet p alias venas pulſatiles exterius nullatenus appētes. iii. ſciarū

¶ Plaga cū accidit loco corpis in quo ſunt corde nerui vel vene, aut loco carne carenti et habēti plura oſſa huius dominus ē in dubio. qa uicinus ē ad habendū multos dolores ſpaſmū et mentis pmixtionē. quarto ingenii.

¶ Cura mēbrū ſenſibile curatōe a dolore et nocumēto pluri/mū elōgata. et mēbra pui ſenſus cura medicis fortibus ſi cura tōe forti indigeat egritudo. quarto ingenii.

¶ Dolorē fortem qui neceſſario ſequit̄ punctōem que accidit alicui neruorū pter plurimū ſenſū neruo pcura tuo ingenio mitigare ut apa in loco nullatenus generet̄; et tene locū aptum et ſtude quātū potes ut mime cōiungat̄ imo api pellē magis et flobotōa patientē ſi patit̄ uirtus eius. Quod ſi hoc fuerit ex humoribus malis purga hūores malos cū medicia purgante do/minātē hūorē malū. et vnge locū punctōis cū oleo multū ueteri calido. et caue pperari cū aqua calida. putrefacit enim neruū et deſtruit egrotantē. ſexto ingenii.

¶ Curare cācrū cū ferro cū intēdis purga prio hūorē nigrū p ſeceſſū. et deide icide locū totū adeo ꝙ nihil radicis eius rēa/neat in loco et pmitte ſanguinē currere nec ad retinēdū ipſum feſtia. et uenas que ſupra locū circuitus eius ſūt preme quouſ/ꝗ exeat ſāguis groſſus. et ultio cura ulcus. ultima ingenii.

¶ Scrofa ē apa durū qđ accit i carne molli huius uero apatis accidētis i carne molli cōcreata ad iuuamē plurimū ſicut ꝗ creata ē ad generatōm hūiditatis ſalíualis et ſimiliū qbꝰ cōiūcte ſūt arterie. et vene curatio ē ſicut curatio oim apatū durorū. et eiuſ qđ cōcreatur in carne molli generata ad implēdū loca uacua et regēdū uenas curatō ē p extirpatōm mēbri totaliter mali quod inciſiōe ferri fiat queādmodū fit in cancro uel putrefactionem ſui. ultima ingenii.

¶ Exiture ſepe i exterioribꝰ corpis generate rebꝰ tribꝰ curāt̄ reſolutōe. ſ. putrefactōe et ferri inciſione. mellita uero vna iſtarū tātūmō eget. et illa in interioribꝰ cuius inueniūtur res ſimiles farine coqnate cū aqua eget inciſiōe et putrefactōe et ping/uoſa. qa nō pōt putrefieri nec diſſolui curari non pōt aliquate/nus niſi ferro. ultia ingenii.

¶ Cum proponis aliquid corporis incidere cum ferro tria attendas. primū ut tua opatio in minimo tempis cōpleatur. secū/dum ut non sit p̄sentia doloris. terciū ut sequat̃ securitas boni ĩ fine que securitas tribus cōstat. primū ut sis securus ꝙ opus tuū firmiter cōpleatur. secundū ut si non compleatur uoluntas tua nō accidat illi malo aliud malū ex loco alio. terciū ut sis se/curus ꝙ egritudo nō recidiuet. Et cum inspicis in his que dixi scies ꝙ aliquibus tempibus curatio ferri est utilis et aliquibus tempibus curatio medicinarū est utilis. ultima ingenii.

¶ Vene tibiarū et testiculorū cū ingrossant̃ eleuande sunt et eradicande. et similiter in naso cum est caro supflua incidenda est ipsa cū tunica interiori. et quādoq3 incidit̃ cum toto naso vltima ingenii.

¶ Cura ungule generate in oculo dum ē parua fit cū medicinis mūdificatiuis sicut sunt medicine scabiei. et cū est magna et dura eius curatio fit cū ferro.

¶ Auracus scindenda ē in ptes et similiter putredo collecta ĩ oculo. sed egritudinis que sanies cornee dicit̃ cum ē cū medicinis resolutiuis nō desiccatiuis fortiter qa purgaret̃ ipsis mul/tum et residuū cōgelaretur. Et nos purgamus hanc putredinē cū apertōe tunice cornee in loco cornee purgamus etiā cū mo/tione ut descēdat ad inferius putredo ipsa. ultima ingenii.

¶ In cura egritudinū dolorē habentiū apponūtur p̄io medi/cine humide et calide parū. et post illas apponant̃ medicine le/nitiue et sunt que tensionē mēbrorū dissoluūt. vii. catagenis.

¶ Medicine calide et mūdificantes flegma cōferūt ualde vuulis descēdentibus forti descēsu nō habētibus apostēa. et vuulas ipsas cōsueuimus incidere cum declināt in albedinē. et cum in eis uestigiū sanguinis minime repitur. vi. miermir.

¶ In oculis qa sunt maioris sensibilitatis mēbris totius cor/pis oportet te cū necesse fuerit instillare medicīas supiori pal/pebra ualde hūiliter eleuata. et debēt esse medicīe rōe hūide na/ture eorū remote a punctōe. et antiqui inuenerāt ipsis esse utile albumē oui utilitate magna. xiii. ingenii

¶ Medicīe hūide et currentes nō sunt stabiles nisi ligent̃. Et iō necesse ē ut ponamus in cura scabiei medicamia sicca et ligamē cōuenit toti oculo nec oculus patit̃ ligamē quod nō soluit̃

diebus pluribus sicut fit in fistula cũ curatur.v.miermir.

¶ Aqua postqñá descédit in pupillã oculi oportet ipsam reti/neri tpe longo cũ instruméto ferreo acui simili in loco in quo morari debet ut collocet̃ cum ipso.primo antidotarii.

¶ Totus oculus incuruatur et cóstringitur iterius ex spasmo qui sibi accidit cum scindit̃ tunica cornea et egredit̃ inde hũi/ditas subtilitatis modice alba et currés hũiditas.s.illa que ap/paret cũ diffunditur et exit ex foramine quod fit in oculo quan do curatur aqua cum acu.x.iuuamentorum.

¶ Melior medicinis plage nerui est illa que desiccat et habet parum caliditatis uel cuius caliditas est absconsa et cũ hoc de/siccat et oĩa que attrahũt humiditaté ab interioribus ad exteri ora sunt utilia plage nerui.iii.catagenis.

¶ Plagis corpis nerui apponimus sulphur quod nó é coctũ igne mixtũ oleo tam diu quousq3 fit spissum ut lutũ balnei. et corporibus puerorum apponimus cũ terbentina. Et corpori/bus siccis cum euforbio. Et idem facimus de luto lerici mi/xto cum euforbio oleo impastato. et corporibus duris apponi/mus serapinũ quãdoq3 cum oleo quãdoq3 cũ terbentina mix/tum.et similiter opoponacũ quãdoq3 apponimus etiã calcé lo/tam cum oleo mixtã.vi.ingenii.

¶ Cũ in plagis é neruus mãifestus et discooptus nó pperes cũ aliqua medicinarũ fortiũ supius noiatarũ sed tibi sufficit calx lota cũ oleo subtili q̃ medicinã calefac et appone.vi.inge.

¶ Cum apitur apostéa magnũ in quocũq3 loco corpis ortũ. et ab eo sanies multa subito effluxerit est molestũ quia subito egredit̃ spũs ad cuius egressus sequit̃ uirtutis defectus et sinco pis.putredo eni é obturatio oris arteriarũ.et in euacuatõne sa/niei totius spũs multus subito exit cum ea. Expositiõe eius in sexto affonsmorũ.

¶ Euacuatio aque cóclusẽ i uétre ydropisim utreã patiétis fit uel cũ medicis dissolutis uel cũ pforatõe sifac cũ ferro et hũidi tatis collecte que dicit̃ hernia intestinorũ euacuatio fit cũ em/buto intus imisso. et in hac hernia quãdoq3 incidit̃ quedam ps sifac et similiter vuule incidũt̃.et ad incisioné earũ nó festines nisi postquã magnũ tépus ptereũt et subtiles multũ facte sunt et tunc eas incide.vltima ingenii.

¶ Prepara semp mentē tuā in plagis uētris ut facias partem plagas habentē reliqua altiorē. si plaga ē in pte dextra inclina egrum ad latus sinistrū. et si ē in sinistro facias ipm inclinare ad dextrā post suitionē plagarū et inuolutiōm fascie factā sicut debet fieri supra locum. sexto ingenii.

¶ Ex omnibus ulceribus hūidis que sunt in uētre oportet te extrahere sanguinē a loco aut parū aut multū. quia cum operaris sic et facis exire inde sanguinē apostēa quod facit et apostema locorū circūadiacentiū erūt parua. quarto ingenii.

¶ Sanguis multus qui a plagis defluit ppter eruptionē uenarum cessat cū cauterio facto medicinis fortē uirtutē habētibus sicut est uirtus cauterii facti cū igne uel cum his que stringunt et solidant. uel cū pmutatōe ipsius ad loca uicina. uel cū attractione ipsius ad partē cōtrariā uel cum infrigidatiōe totius corpis maxime mēbri ubi ē plaga ipsa. et multotiēs cessat cū potu aque frigide uel cum aceto tempato uel cū uino stiptico et pontico. Et cum ōibus frigidis et stipticis quādo exterius infundunt. quito ingenii.

¶ Sanguis qui a uena pulsatili fluit dupliciter retinet. aut cū forti cōstrictione aut cum ferri incisione arteriā in partes duas sepante cuius pars quelibet retrahatur et recolligatur ad locū suum et carne sepelitur. Et aliquando oportet hoc fieri in uena nō pulsatili cum est magna aut cum est in mēbro nobili in quibus rationabiliter administrētur duo precepta. ligatio. s. radicis uene a parte cordis uel epatis. et incisio ipsam separans in partes duas. quinto ingenii.

¶ Membri corrodentis quod inciditur ex peste sui uel membri putridi quod inciditur ex putredine ad ipsum fluente a quo sanguinis fluxus fluit. radices te coquere oportet cum igne uel medicinis stipticis adurentibus sicut uitreolum et species eius sunt. quinto ingenii.

¶ Vlcus cū est antiquū ex eo sanguinē multū uel parū extrahere nos oportet. et cū mēbrum egrotans uirescit liuescit aut nigrescit scarificamus et extrahimus inde sanguinē et apponimus supra locum spongiam siccam. et illud cū medicinis desiccantibꝫ medicamur et si fuerit necesse sanguinem extrahimus

iterato. quarto ingenii.

C Cũ uides os ulceris a colore mutari et durũ fieri oportet te illud incidere et eradicare usq; ad carné sanã. et cũ uides mutatõné ipam augumentatã longa augumẽtatõne procura illud eradicare medicinis tempore longo. quarto ingenii.

C Fistulã ex qua lógo tpe fluxus fluit: et postmodũ ab ea fluxus secũdũ cõsuetudiné nõ emanat apire tũc tibi medico est necesse. secũdo expõis eius in sexto epidimiarum.

C Cũ egritudo é maligna et fortis fac clistere cũ aqua cineris et aqua mellis. et quãto egritudo debilior est tãto minus appone d melle et clisteriza. et fac ét clistere cũ uino et melle. Aqua mellis uero mũdificat illo magis: et demũ cum locus é mũdus fac clistere cũ uino solũ: et deinde unguẽtũ loco appone utile et supra unguẽtũ spógiam nouã uino madefactã et liga eã supra locum. et cum ligas incipe a pte iferiori et ad superiora usq; ad os ulceris ptende et stringe adeo ut accidat inde dolor: ac singulis diebus tribus solue ligaturã semel: et supra os egritudinis appone paruã peciã cũ unguento os mali coperiẽté: Cũ autẽ egritudo é in iferioribus et os i superiorib9 et illa que apponẽda sunt apponi nõ possunt scinde in inferiori loco ut exeat qđ est ibi. secũdo expõis eius in sexto epidimiarũ.

C Cum ingenio nostro uenã uel arteriam ex quibus multus sanguis exit p latũ icidimus: eripimus huius dominũ a timore ét si eũ nullatenus solidemus. Et cũ neruũ cui pũctura accit p latũ incidimus dominũ huius egritudis eripimus similiter p icisioné ipam a spasmo uel pmixtiõe mẽtis uel ab utroq;: Cũ uero acciderit alicui magnarũ iuncturarũ cum uulnere sepatio dimittimus curam sepatõis ipius et curatõi dicti uulneris adhe remus quousq; uulnus ad suam pueniat cicatricem. In redditõne enim sepationis ipsius cum uulnere de spasmo dubitató magna cadit et ideo ipam reddere euitamus. xiii. ingenii.

C Hec medicina prohibet sanguinem fluere etiam si exeat ex uenis organicis colli. Summe olibanum uel farinã eius et aloes ac misce cũ oui albumie quousq; fiat spissũ sicut mel et huic medicie imisce pilos leporis et pone eã sup uenã cõbustã et plagã totã ac liga sup fortiter adeo q; ex ligatura nõ afferat dolor

quia nihil é adeo ualidū ad faciédū currere sanguiné sicut dol
lor: post dies aūt tres ligaturā solue illā et noli remouere medi
cinā et si mordeat plagā: sed de eadé aliquid supra appone ad
mollificatōné funiculi ligature et liga sicut ligasti prius. quod
si funiculus ceciderit fac ipsum iterū et liga similiter et quousq;
ꝙ caro crescat noli diuertere ab hac cura. v. ingenii.

¶ Quādo uides ꝙ medicine nō habent uires pp dissolutōem
totius putredinis imo putredo preualuit supra ipas icide nascē
tiā et eā scide in altiori et eminētiori loco: ut putredo ab ea flu
at. et adhibe q̄ cōstringūt absq; mordicatōne: et si iueneris ali
quid putrefactū mēbri ipsius oportet te incidere pellé ipam po
sitā i subassellis et iguinibꝫ q̄ é foliū unū iūctū carnibꝫ. s. mol
libꝫ i abscōdito positis: et icisio ipa debet eé p latitudiné et nō
p lōgitudiné: et post icisioné farina olibani iple loca. xiii. igen.

¶ Cū iuiscate sunt humiditates uni mébrorū cōsimiliū opor
tet te purgare mébrū ipm et apponere supra hūiditates ipas m é
bri aliquas medicinas repellétes quod fluit ad ipsum: et purga
tio fit cū incisione uel medicinis dissolutiuis maxime si times
ꝙ i locis q̄ sūt itra illa mébra ꝯsimilia aliqd sit retétū. i microt.

¶ Apāta sanguinea accidétia absq; cā extrinseca cū scarificas
affers domino magnā lesioné maxime si hoc fiat in principio.
et idē fit in apāte cognito p carbones ignis declināte i liuidita
té uel uiriditaté uel nigrediné p sui scarificatōné. ii. ad glauco.

¶ Apāti quod rubea noiat in principio repcussio cōfert: et cū
cessat eius calor et ebulitio utilis é sibi scarificatio et emplastri
zatio cū éplastro: qd' fit cū farina ordei calefacta. ii. ad glauco.

¶ Loca putrida dissolutionis difficilis ex dominio hūorū gros
sorū et uiscosorū iuiscatorū in mébro scarificare in ꝓfūdū nos
oportet: et similiter ipis apātibus apponimus éplastrū cōfectū
ex ficubus et cōpetit eis. cuius descriptio talis é. Sūme ficus et
coq̄ eas donec ipарū aqua redeat sicut mel et misce eā quādoq;
cū faria ordei quādoq; cū pāe fcō ex furfure subtili. ii. ad glau

¶ In apostematibus scarificatōnem nō ꝓfūdam reperi paruā
habere utilitatem et modicam bonitatem. scarificatio uero pro
funda et in lōgum producta purgat purgatione multa in tan
tum ꝙ suo domino sincopim affert: que scarificatio cura eget:

Et scarificatio inter has duas scarificatões media est libera ab ambabus pestibus. et ideo ipsam opandam inspexi in omibus apostematibus exceptis illis quorū digestio et dissolutio est tar da quibus cōuenit scarificatio profunda. secūdo ad Glauconē

℄ Generant in corpibus supfluitates due penitus. vna subtilis que dissoluitur in corpe dissolutōe absconsa et alia grossa. et est lutū qud colligitur in corpe. subtilis uero cum repitur in ulcere dicitur fumositas mala et grossa cum in ulcere reperitur dicitur putredo grossa. et ulcus ē molle uel parū durū ex sup habundantia alicuius istarū supfluitatum quādoq3 in profūdo ulceris cōtentarū. tercio ingenii.

℄ Vlcus profundū eget semp medicina desiccatiua: et medicina creans carnē est necessario desiccatiua in primo gradu que media est in siccatōe et mūdificatōe sicut est olibanū farina ordei farina fabarū farina orobi radix yreos radix oppoponacis et tutia et vinū ulceribus ōibus ē medicia cōpetēs tercō igenii.

℄ Medicinā cōsolidatiuā oportet te desiccatiuā potius q̄ que generat carnem et non debet esse aliquid in ea quod mūdificat sicut est in ea que carnem generat. quia cōsolidatiua debet esse retentiua. et medicina corrosiua debet esse magis desiccatiua q̄ medicia solidatiua corrosiua hec desicccat supius solidate ac eā indurat et desiccat et facit ipsam vt coriū sicut ē galla viridis cortices mali granati cerasum balaustia et similia tercio ingēii

℄ Caro supflua generata in ulcere eget medicina desiccatiua plurimū ut ipā mūdificet et corrodat sicut ē uiride eris. ii. ing.

℄ Quibusdā sternutatio sic inducat, impera ut eger os suum aqua impleat et caput ad posterius quātū pōt inclinet. et de medicina cuius descriptio est talis suscipiat. Sume nigellā et tere ip sam ad modū farine et cū oleo veteri misce et ea simul pcute et in nasum instilla modicū ipsius. et ut aliqd medicine ipsius ad interiora attrahat pcipe ut aerē attrabat quantū pōt. Particula sexta de odoratu.

℄ Dictū ē mihi a quodā qui hēbat ulcus i coxa vetus sanatōi resistēs ꝙ ipse accedēs ad quēdam bonū medicū. medicus flobotomauit eūdem in māu: et vidēs sanguinē ipm esse nigrum et grossū extraxit prio die parū sāguis: et fecit similiter die te

cũdo tertõ et quarto et deide purgauit cũ medicina purgãte chi mũ: postmodũ uero rediit ad curatõnẽ ulceris et sanauit eum.
Particula sexta de colera nigra.

C Cum placet tibi incidere et eger est timidus fingas te uelle tangere aut fricare loca uicina egritudinis: et tunc incide locũ egroto nõ existente cõscio huius rei. tertio antidotarii.

C Seperatio ossis nasi sanatur et cõsolidatur diebus. x. maxil le furcule pectoris et ossis frontis diebus. xx. et hũeri diebus. xxx. pedis uero et brachii diebus. xl. coxe uero diebus quin/ ginta. quarto expositionis eius in cibis.

C Ossa iuuenũ cõsolidant᷑ prius q̃ ossa puerorũ: quia pueri in digẽt cibis et augumẽtantibus et repantibus illud quod ex eis ẽ dissolutũ: hocq; dixit Asclepius. prima expositiõis supra par ticulam ypocr. de reductionẽ ossium.

C Non conare ad locũ suũ reducere ossa fracta postq̃ fractu/ ra pteriit dies quattuor. Et si hoc feceris dolorẽ plurimũ egro affers. tertõ expõis asclepii sup pticulã ypoc. de reductõe ossiũ

C In fractura ossiũ fac fasciã intictã i uino stiptico nigro: et maxime i estate quia cũ oparis hiis oleum uel cerotum in esta/ te membris putrefactio generatur. sexto ingenii.

C In ruptura et plaga oportet egrũ ligaturã sentire i loco egri tudinis magis: et in extremitatibus suis minus: sed ligatura p quã uolumus mẽbrũ tenue ipiguari debet esse supra mẽbrũ te nue molle: et supra mẽbra sana dura ut sanguis possit ad mẽ/ brum tenue penetrare. tertio antidotarii.

C Cũ uis solidare manũ aut pedẽ fac istrumẽtũ ꝯsimile illi mẽ bro itra qd᷑ mẽbrũ ipm pmãeat et sit istrumẽtũ ꝑdictũ ꝑut sani tatis tpe psona icedere cõsueuit: qa ex hoibus aliqui forma lata se quottidie calciant: et aliqui forma stricta. tertõ antidotarii.

C Fractura pedis idiget forma tali: ut ex motu ipsius mẽbrũ nõ allidat᷑. et oportet te attẽdere que ex forma accidunt. et si no cumẽta plura sunt iuuamẽtis: nõ opare eã. tertõ ãtidotarii.

C Oportet nos i pricipio ifasciare sub forma et icipere a loco egritudinis iferius et tẽdere supius: quia p hec retinemus cur/ sum hũorũ i mẽbrũ ꝑparatorũ ad apa et postea facimus formã et ligamus supra eã ad hoc ut nõ moueatur incipiente a superi/ ri loco egritudinis et ꝑtendentes inferius ut sanguis putridus

a mēbro exeat egroto et pueniat ad extremitatē sui. et post illa ligaturā secūdam apponimus medicinas stringētes ad sustinē dum que sunt retro post eas et regendū. Et regētia et retinētia mēbrū sunt quattuor fascia ligans mēbrū forma ligamina et medicamina stringentia. tercio antidotarii.

¶ Fac formā in loco mēbri subtilis adeo ut adequet membro grosso et liga ipsam formā ligaminibus retinētibus ipsā equalem et erectā ut nō pmutetur nec redeat ipsa ligatio mollis. Et petia cum qua mēbrum inuoluis sit lata triū uel quattuor digitorum. tercio antidotarii.

Explicit particula deciaquinta incipit particula decimasexta cōtinens aphorismos depēdentes a doloribus mulierū.

m Alitia que est a constrictōe sanguinis nō manifestat in primo mense sed in secūdo manifestat manifestatione abscōsa/ et in tercio mēse postea crescit pestis/ qa sanguinē qui primo mense descendit capit matrix: et cū illo repletur quod descēdit: nec est sibi locus ubi possit morari: ascendit sursum: et illud causa ē pestis magne/ Expositōe eius in doloribus mulierum.

¶ Ad prouocatōm sanguis mēstrui oportet te cōsiliū dare subtile diebus quattuor uel quinqꝫ ante descēsum sanguis: et post modū flobotoma pedes: et ministra potus medicinales. aquā. s. mellis: et aquā mētastri fluuialis et mōtani/ aut aquā medicinarum magis fortiū illis sauine. s. et pulegi. uel alicuius ex ipsis aut medicamia ipsa/ et melior hora exhibitōis medicaminū p̄dictorū ad sanguinē pducendū ē in exitu mulieris a balneo postquā quieuit et hūidare cessauit/ et potus yere sanguinem puocat ipsa hora/ Particula. vi. de flobotoia.

¶ Sanguis retinet debilitate virtutis trahētis uenarū matricis: opilatōe uel cōstrictōe sui/ expōe eius i doloribus mulierū.

¶ Ait Moyses attende quia noiauit causas retētionis sanguis mēstrui ratōe instrumenti tantū: quo tpe sanguis reperitur/ et non nominauit hic causas cessatiōis sanguinis menstrui quātitatie cōprehensi: qua hora multū diminuitur: et non inuenitur

¶ Ex retentōe sanguis accidūt hec accidētia oia mala uel ipsorū aliqua/ et sūt grauedo corpis amissio appetitus: horripilatio: dolor spine: colli: supcilii: posterioris ptis capitis: et radicis oculorū: febris adurens.

¶ Vrina mixti coloris nigri.s.et rubei et descensus lactis a mamillis.et grossitudo in subassellis cū retentio ipsius sanguinis prolongatur/Omnibus uero mulieribus quibus sanguis fluit secūdum fluxū laudabilem nō accidit aliqua egritudinum predictarū sexto scientiarum.

¶ Euacuationē sanguinis multā sequit̄ malus color et formicatio in calcaneo:et in corpe toto:et digestio mala.sexto sciarū.

¶ Ex euacuatōe cognita qua corpus muliebre totū mūdificat̄ accidit multotiēs mulieribus egritudo.et spēaliter illis que sūt carnis mollis et corpis delicati. et res que exit cū euacuatione ipsa quādoq3 est sanies rubea:et quādoq3 est sanies aquea ad citrinitatē decliuis/Cum uero vides illam sicut sanguinē flobotomie pquire ne hoc fiat ex corrosione que multotiēs collo matricis accidere cōsueuit.sexto sciētiarū.

¶ Aliquorū uirorū natura declinat in muliebrē naturā quorū caro delicata est et mollis tanquā corpis mulierū/et aliquarum mulierū quarū manus grosse sunt et dure natura declinat in naturam virorū/et in muliere habēte naturā uirorū propinata sibi medicina mēstrua prouocās non pōt muliebria prouocare.secunda expositōis eius in sexto epidimiarū.

¶ Superfluitates coadunatas in corpibus mulierū ex ocio et vacatōe exercitii quibus sunt natura expellit ad venas cum matrice cōiunctas ibiq3 aggregant̄.et matrix uirtute sua etiam attrahit eas.Expositōe eius in doloribus mulierū.

¶ Omnes arterie et uene totius corpis tā in viris quā in mulieribus sunt vnius status nō solū numero sed forma creatiōis /et instrumēta ad generatōem creata etiā si in viris et mulieribꝫ sint similia diuersificātur loci positōe tamē/et hoc manifestat̄ p anathomiā/quia in viris sunt extra:et in feminis intra/vnde si ea que sunt intra in feminis essent extra inueniret̄ matrix sicut bursa testiculorū:et testes iuxta matricem positi redirent in bursam:et collum matricis inueniret̄ tanquā virga. secundo Galie.de spermate.

¶ Sicie apposite supra māmillas mulieris cito curāt egritudinem matricis euacuatōem eius multā.s.que fit subito/Et similiter ipse apposite supra inguina et coxa mulieribus eius cuius

matrix restricta est et sursum ascēdit uel se ad aliquod laterum declinauit egritudinē curāt:cum appositōe ante nasum rerum plurimū fetidarū:et appositōem ante matricē medicinarū aromaticarū que remolliūt eam caliditate sui;prima ad glauconē.

C Sicias sepe apponimus supra pecten et inguina cū moue/re menstruū sanguinē uolumus:et cū intēdimus inuistare.xiii. ingenii.

C Flobotomia manus in apatibus matricū impedit menstruū :et stomaco caue tibi ab illa.sed flobotoma supra cauillā:et hoc ante tempus mēstruorū diebus tribus uel quattuor,/Et in tempore alio facere illam noli.Particula sexta de flobotomia.

C Quecūq₃ mulier habet mēstrua sed raro:et debile exercitiū opatur:non appetit coitū quia mūdificat᷑ a supfluitatibus cor/pus eius:et supfluitates sunt que matricē mouēt et eā fluctuāt ad coitū appetendum.Expositōe eius in doloribus mulierum.

C Lacerto:et ossibus:spine:dolores accidūt cū ex fluxu sanguinis multo siccant᷑ et tēdunt᷑:et matrici spasmus accidit cum ex multo exitu sanguinis desiccatur,/Et suffocatio matricis accidit cum sursum ascendit et tendit᷑:et ad tensionē ipsius tetendunt᷑ dyafragma et uenter.Expositōe eius in doloribus mulierū.

C Suffocatio matricis accidit cū matrix et uene que sunt cir/ca ipsam ex sanguie retento replentur et ligamina matricis tē/dunt᷑ ex illo et matrix salit sursū et impellit diafragma adeo ꝙ cōstringit᷑ spiritus et impellit etiā stomacū et fortiter ledit ipm /Expositōe eius in doloribus mulierū et correxit in ultima sci/entiarū,et dixit in hac egritudine. Causa huius egritudinis ē retentio spermatis femini:et corruptio eius ibi,/et in demōstratione ipsius se multū dilatauit.

C Vidi mulierē quandā que remāsit longo tēpe uidua cui ex /accidentibus accidit suffocatio matricis /et dicebat obstetrix ꝙ matrix ipsius coadunauerat se sursum;et precepi ei supponi quod cōsuetū est in hoc fieri:et accidit sibi ex calefactōe medicinarū subtus immissarū:et in missione manus cū medicinis interius spasmosus dolor mixtus cū delectatōe sicut accidit in hora coitus:et ex ipsa cū res grossa exiuit mulier quieuit ab omibus illis accidētibes malis /sexto scientiarū.

¶ Sanguis qui exit a muliere pregnāte: nō est necesse ꝙ exeat a venis existētibus in inferiori cōcauitate vulue cū ore quarum secūdina est appensa. sed eius exitus est a venis que sunt in collo matricis. Expositōe eius in quito aphorismorū / Et dixit in ultima scientiarū. Sanguis exiēs a pregnāte est ex scissiōe venarū que sunt in collo matricis:

¶ Per incrementū velocē corporū mulierū significat̄ ꝙ in eorum corpibus est calor dominās cū hūiditate iunctus. et istud cognoscitur p exeūtia a corpibus earū mēse quolibet ex sanguine: quoniā sanguīs multitudinē seqtur calor multus. Expositione eius in doloribus mulierum.

¶ Multoties exit matrix in aliqbus mulieribus pgnātibus et cadit extra cū earū partus est difficilis. et hoc opatur virtus expulsiua. et maxie cū ligamia eius interiora quibus matrix cum spina ligatur sunt debilia p naturā. tercio uirtutum.

¶ Apostema quod cognoscitur per cancrū oritur multotiens matricibus mulierū cū earū corpa ex sanguine nō mundantur / Et cū mūdatio earū est sicut decet mulier remanet in fortitudiē sua: et ei nihil egritudinū aliquo tpe generat̄ / ii. ad Glauconē

¶ Appetitus ciborū malorū accidit ei cuius supfluitates male inter tunicas stomaci cōtinent̄: secūdum ꝙ accidit mulieribus malos hūores habētibus tpe cōceptus que multa desiderant. s. acria pōtica: omia calida: lutū et carbones; et hoc durat eis multotiens usq; ad mensem terciū: et cessat in quarto mense. quia pars illarū supfluitatū emittitur p uomitū et ps earum digerit̄ diuturnitate temporū propter modicū cibū quē mulier sumit accidente quod accidit sibi amissio. s. appetitus / et fetus recipit tūc cibum quātitatiue qua de causa minuit̄ repletio corpis mulieris. et omne id quod est in ipso ex humoribus malis / quarto morborū et accidentiū.

¶ Egritudo appetitus rei male que ē in muliere accidit ei propter os stomaci quod ē egrū / et oēs egritudines mulieribus accidentes. appetitus. s. caninus: defectio appetitus: et appetitus rerū malarū sunt egritudines stomaci / quinto sciētiarum.

¶ Masculi frequēter cōcipiūtur in latere dextro matricis: femine q; in sinistro. et raro accidit cōtrariū. sexto sciētiarum.

¶ Causa aborsus qui fit sepe post secũdum terciũ uel quartũ mensem cõceptus: é lenitas flegmatis coadunata in ore venarũ et arteriarũ existentiũ intra matricé: quibus ligata é secundina: que ligationé ipsam relaxat: et ideo nõ possunt pgnãtes tenere fetum sed abrumpũt/ et fetus cito exit. sexto scientiarũ.

¶ Hora impregnatõis: pulsus é maioris et fortioris ictus: et omia alia remanẽt suo statu. particula sexta parua de pulsibus.

¶ Significatur sensu naturali ꝙ os matricis cum é cõclusum et coadunatũ fortiter fetus viuit/ et cũ est apertũ secũdũ quãtitaté et qualitaté é mortuus ipse fetus. Particula sexta de colera nigra.

¶ Tempus formatõis fetus est dierũ. xxxv. xl. uel. xlv. Et motionis eius tẽpus est duplũ tempis formatõis: et tẽpus exitus eius é triplũ tpis motõnis. expositiõis eius in quarto ciborũ.

¶ In hora difficilis partus ex sanguine retento: et ex multo et forti conamine mulieris parturiẽtis mẽbra ptus mulieris ipsius multotiens apostemãtur. secundo expõnis eius in secundo epidimiarum.

¶ Totũ sanguiné malũ qui coadunatus é in diebus cõceptõis in muliere purgare partus tempe te oportet/ et potior curatio eius est purgatio sanguis eiusdẽ p administratõm cibi lenis: ut sanguis cito prouocetur/ et illud in quo coadunat cibatio: et lenitas est far ordei in quo etiã est incisio et subtilitas modica. et ista adiuuãt ad puocatõm sanguis grossi. sexto expositõis eius in secundo epidimiarum.

¶ Nutricis lac cũ retinet uel est modicũ significat egritudiné et cũ lac é multũ significat ꝙ mãmillarũ natura est ꝑpata et fortis in opatõibus suis. expõe eius in doloribus mulierũ.

¶ A cõcipiente cũ lac exit fetus é debilis et pp sui debilitatem nõ põt trahere ad se sanguiné qui ascẽdens ad mãmillas fit ex eo lac/ et cũ mãmillis é supfluitas abscõsa fetus é fortis. sexto expositõis eius in secũdo epid. ¶ Lac matris cõueit filio. qa substãtia eius é substãtia sanguis ex quo creatus é. et cũ corruptũ é lac matris eligat lac aliud quod cõueniat sibi. expositõne eius in cibis. ¶ Coadunatio sanguis in mãmillis significat maniã futurã. expositõis eius in secũdo epidimiarum.

❧ Explicit particula.xvi.incipit pticula.xvii.cōtinēs aphoris mos depēdentes a cōseruatōe sanitatis per exercitium.

In custodia sanitatis quies ē mala sicut motio tempa/ta bona.et nulli eorū qui post cibū malā digestionem quottidie euitarūt accidit egritudo.et sicut exercitium ante cibū est res melior in cōseruatōe sanitatis: sic post cibum est omni re peior. Particula.vi.de bonitate chimi.

❧ Dixit Ipocras in.vi.epidimie.pseuerantia sanitatis ē p abstinentiā saturitatis et p ocii omissionē. Et dixit Gal.in prima expositōnis eius pticule. Homini cuiuscūqꝫ habitudinis abstinētia a receptōe cibi plurimi bona omni tpe et omni hora.

❧ Sanitas est res quedā qua oēs hoies indigent:sed non oēs hoies ministrāt corpi eorū quod couenit sibi uel sui gulositate uel multo negocio occupati: uel opibus impediti que opanda nō sunt. Particula sexta de bonitate chimi.

❧ Non oportet te abstinere a motu corpis sicut abstinent alii qui sapientū qui sunt semp inclinati supra lectōes die noctuqꝫ sed oportet te mouere corpus et mēbra oia motu equali ut acti/onē suā mēbrū quodlibet opetur. quia mēbris omnibus intrīsecis et extrinsecis istud cōfert. Particula sexta de somno et vigilia.

❧ In consilio sanitatis vniuscuiusqꝫ duo attendere te oportet. Primū est reparare id quod dissoluitur a corpore cum re sibi simili et couenibili complexioni sue. Et proximū mūdificare penitus supfluitates in corpore generatas.hec enim duo retardāt terciū.s.senectutis aduentū.prima consilii sanitatis.

❧ Ad conseruationē caloris naturalis tuū adiutoriū ponere magis quā rebus aliis te oportet.et res que faciunt ad ipsius caloris conseruationē sunt species exercitii temperati anime et corporis simul.primo consilii sanitatis.

❧ In consilio sanitatis cuiuslibet de his quinqꝫ moderātia est habenda. Primū eorum est exercitiū.deinde cibus potus som/nus et coitus si competit usus eius. sexto expositionis eius in sexto epidimiarnm.

❧ Vsus coitus intrat aliquātulum in consilio sanitatis. et est

ut tempore quo fit homo non sentiat ex ipso dissolutionem sed sentiat corpus suũ alleuiatũ magis quã fuerit ante ipsius vsum Et hora que fit est ut homo nõ sit repletus cibis multũ nec ua/cuus multũ. nec sit infrigidatus nec multũ calefactus. Et idem status est in siccitate et humiditate. Et si peccet opator aliquan/do sit peccatũ paruũ. Et cum usus eius erit corpore repleto vel corpore supcalefacto uel humectato est minoris malicie quam eius usus in eorũ cõtrariis. In microtegni.

¶ Vsus venereus est utilis ei in cuius corpe supfluitas fumo sa supra naturã ex mala complexione calida dominat᷑. quia su perfluitaté ipsam siccat et infrigidat, quinto expositõis eius in sexto epidimiarum.

¶ In conseruatiõe sanitatis exercitiũ moderatum é primitus operandũ postmodũ uero cibus: et deinde potus est sumẽdus. et ad somnũ est ultimo accedendũ. secũdo consilii sanitatis.

¶ Oportet cibũ accipi post exitũ a balneo uel post exercitiũ moderatũ corpe a frequẽtia flatus et anhelitus quiescẽte. Et caue ne sumatur cibus ante predicta. qa nõ accedit ad mẽbra nisi digestus. et cibus sumptus tpe frequẽtie flatus et anhelitus replet caput et multotiens supra os stomaci natat. Expositione eius in tercio acutorum.

¶ Post finẽ exercitii tempati quod quis facit sumẽdus est cibus bonus ut est dictũ dormiat et postmodum ad coitũ accedat si coitus confert illi. secundo consilii sanitatis.

¶ Sperma multũ calidum et pungitiuũ in aliquibus genera/tum quod est ex grauibus rebus eos stimulat ad expulsionem sui. et cum illud expellitur p usum venereũ os stomaci illorum dissoluitur. et similiter dissoluit᷑ totũ corpus ipsorũ. et ad defe/ctũ puenĩũt et siccãt᷑ colores eorũ mutant᷑ et oculi cõcauantur cũ vero abstinẽt a uenereo usu grauãt᷑ capita ipsorũ murmu/rant de stõ. et accidit eis nocumentũ ex coitus abstinẽtia quẽ/admodum accidit eis usus eius. Consilium autem eorũ est ut euitent omnia que generant sperma et comedant cibos et medi/cinas sperma extinguẽtes. ac adhereant assidue ludo qui fit cũ pila parua uel magna, et eleuent lapides intrent balneum. et in exitu suo a balneo fricẽtur supra spinã corporis sui aliquod re

frigerantiũ oleorũ. Et cum desiderant expellere sperma comedant die illo bonũ cibum. et cenãtibus ipsis cum dormire uolunt accedant ad usum coitus et postmodũ dormiant. Et mane die seque͞tis cum surgunt a somno fricent corpa sua cũ manutergiis quousq3 pellis eorũ rubefiat: et deinde tempato oleo inungatur. et sic paululum remane͞tes comedãt pané bene coctũ et bene fermentatũ uino tempato infusum: et postmodum sua negocia debent operari. sexto consilii.

¶ Consulo ut nullus comedat cibos qui humores generant malos: etiã si cito digerant. quia impossibile est quin coadunetur in venis suis eo ignorante humor malus qui corrumpitur ex re debili et febrem generat furiosam. secundo ciborum.

¶ Vias et meatus cibi epatis aptos esse et uacuos opatõis uere ẽ et secure nõ solũ in egris uerũ ẽt in sanis. tercio ciborum.

¶ Bonũ consiliũ est utile aĩe quia generat mores laudabiles. et est utile corpori quia generat sanitaté et maxime ei qui cõsulitur consilio bono a principio sui ortus. prio cõsilii sanitatis.

¶ Mores corrumpũtur ex freque͞ti usu ciborũ potuũ et exercitii prauorũ: et similiter corrũpuntur ex rebus prauis uisis sepius et auditis. primo consilii sanitatis.

¶ Potior rebꝫ in consilio vniuscuiusq3 ut diximus est obseruatio nũeri horarũ cibatõis sue. Nã quidã sũt qui comedunt comestioné suã in die semel uel bis iuxta cõplexioné suam. et quidam sunt comede͞tes eam tribus uicibus. Et caue quantum potes ut egestio non retineatur. sed inclina ipsam ad modicam lenitaté. sexto consilii sanitatis.

¶ Consulo omnibus sapie͞tibus ut non sit eorũ consiliũ sicut consiliũ plurimorũ quorũ consiliũ est sicut consiliũ brutorum qui petunt tantũ rem saporosam. sed oportet quelibet probare cibos et potus. et quos inuenit nociuos ei effugiat. Et similiter oportet eum probare usum venereũ si nocet sibi. et deinde quo tempe non nocet sibi. et in eis sit eius consiliũ secũdum ratõm adherens eis que cõpetũt sibi et fugie͞s ea que sibi nocent. Illi enim qui utunt huiusmodi cõsilio parum indigent medicis dũ sunt sani. sexto consilii sanitatis.

¶ Ei qui eget cibi copia da in mane cibum liquidum ut est far

ordei et in sero cibū durum sicut est panis et caro. Species ue/ro cibi duri sunt tres videlicet seminū terra nascentiū et anima/lium quedam. Expositione eius in prima ciborum.

¶ Far ordei bene coctū in bonitate chimi est p̄ cibis omnibus cibus bonus: conseruat sanitatē et cibat corpus parum minus q̄ panis bonus. Particula eius de bonitate chimi.

¶ Consuetum consilium cibi et potus in conseruatione sa/nitatis res bona est et secura. Et obseruatio predicti consilii est res melior q̄ mutatō ipsius subito in melius. Et sunt aliqua specialia naturis similia singulorum. et sunt aliqua specialia non similia naturis eorū. Particula eius de cōsuetudine.

¶ Vidi plures hoies qui licet in eorū consilio nō cōsiliati fue/rint consilio bono multū erant sani cū aceto squillitico et syru/po squillitico. Particula sexta de consilio subtili.

¶ Pisces lapides habētes cito digerunt et cū sui cita digōne sūt satis boni in custodia sanitatis et hūanis corpibus cōpeten/tes quoniā generāt sanguinē in substātia et laudabilē non sub/tilē neq̧ grossum. iii. ciborū. ¶ Nō pmittant pueri vinū gu/stare nisi post lapsū tpis longi eis nocet plurio nocumento. qa dissoluit corpa eorū et calefacit ea plus q̄ sit necesse. et replet capita eorū et corrūpit uires aie eorū. prio consilii sanitatis.

¶ Bibere uinū quātitatiue plus q̄ uoluntas dat non ē bonum quoniā pducit hoiem ad iracundiā et uerba mala. et uocat ho/mines nō suis nōibus: et turbat imaginatōem et aiam. et corrū/pit vim ratōis. primo consilii.

¶ Consiliū sanitatis omniū senū est fricatio facta cum oleo mane dum surgunt a somno: postmodū ambulatio uel equita/tio suauis: et balneatio cū aqua dulci calida et bibitio uini et cō/mestio omniū que calefaciūt et spēaliter que calefaciūt cum hu/mectatōe. primo consilii sanitatis.

¶ Sicut pueris uinū est plurimū nocitiuum ita senibus est non modicum iuuatiuū. Et ex uinis illud est bonum eis cuius multus est calor/ et est declinās magis ad subtilitatē/ et ipsius color est rubeus clarus/ et est illud quod dicitur ab Ipocrate uī/num racham/ idest subtile boni coloris/ quinto consilio sani/tatis.

de ebrietate

Vina senum rubea [illegible]

¶ Panis senū est panis bene factus: et non cōuenit lac omnibus senibus: sed ei qui ipsum digerit digestione pfecta ex quo in hypocundriis suis inflatio non affertur. v. cōsilii sanitatis.
¶ Datur senibus ad comedendū quod digestū est ex ficubus uiridibus p fructibus ōibus in estate: et in hyeme ex ficubus siccis. quinto consilii sanitatis.
¶ Supfluitates flegmaticas aquosas coadunatas et augmētatas in corpibus senū oportet te educere p urinam die quolibet non cū medicinis sed cum administratōe apii et mellis: et mollifica eorū uentres cum oleo specialiter ꝙ bibant ante cibi assūptionem. et similiter clisteriza illos cum oleo tantū uel ministra eis herbas cū muri aut pruna cocta cum melle ante cibos quinto consilii sanitatis.
¶ Cibos et potus leniētes egōem in comestione senum cibis aliis pponere te oportet sicut sunt uina dulcia et herbe molles accepte cū oleo et muri: et post comestionē suam da eis cibaria pontica ut os stomaci cōfortetur. sexto consilii sanitatis.
¶ Singula aialia ex quibus cibandi sunt senes et domini corporū defectorū et p diem et noctē ea dimitte. et postmodū coquina carnes ipsarum: et fac ex eis cibaria bene cocta et ministra eis. Et iuuēibus et dominis corpum fortū et opantibus fortia opa coquina carnes ipsorū recētes coquens eas bene uel assatas uel elixatas. quarto expositōis eius in cibis.
¶ Senii tres sunt partes. Prima est parua pars senii in qua homo tractat et facit negocia sua in ciuitatibus necessario. Secunda est in qua necesse est seni ut cōsilietur sicut diximus. et tercia ē cōplementū seni qui huic accedit non pōt sustinere balneationē die quolibet nec coadunat in eius corpe res calida pūgitiua. primo consilii sanitatis.
¶ Effugere aduentū senii nēo pōt sed post ipsius aduētum retardare. et est consiliū senū in cibis hūidis: balneatōe frequēti: dormitōe in lecto leni: et euitatōe omniū que desiccāt et que infrigidant. In ptisi. ¶ Oportet te scire ꝙ multorū corpa purgant fluxu sanguis nariū qui eis accidit in certis circuitibus horarū. et corpa quorūdā aliorū fluxu sanguis uenarū que sūt subtus: et aliorū quorūdā corpa uomitu spōte sibi inducto uel nō sponte: ac aliorū corpa flobotoia scarificatōe uel solubilibꝫ

medicinis: quas purgatões cõsuetas cũ dimittũt incidũt ĩ egri tudines: qa eorũ cõsiliũ é cõsiliũ prauũ. et ex ipso adunantur in eorũ corpibus hũores mali qui nõ exeũtes p assellatõs siue incitatões uel cũ incitatõe et remanẽtes in eorũ corpibus gene rãt egritudiẽs. Et cũ domini harũ purgationũ mutãt eorũ cõ siliũ diminuẽtes suos cibos et crescentes suũ exercitiũ ab egri tudinibus pseruantur: et mutatio a consuetudine sua tunc uti lis est. Particula sexta de consuetudiue.

¶ Non cõsulo ut seni detr aliquid ex aloe uel yerepigre etiã si duob9 dieb9 ipsius egestio sit retẽta. et sufficit nobis ad lenitio nẽ egõnis ipsius uolubilis pua uel oleũ cũ medulla cartami cũ farre ordei aut mixtura fcã ex ficub9 siccis cũ medulla cartãi et aliquãtulo terbẽtine ad modũ unius auellane uel duarũ. qa hec leniũt uentrẽ absq3 lesiõe et mũdificãt ipsum a rebus noci uis: similiter ei epar splenẽ renes uesicã et pulmonẽ et fac quã doq3 unã medicinã ut nõ redeat in cõsuetudinẽ medicamẽ uel corpus eius uilipendat. quinto consilii.

¶ Qui sp conquerit̃ ex sola rõe plurimi doloris nerui in ore stõaci existẽtis cura eius é intra artem cõsilii sanitatis. et est ut die quolibet ipse auxiliet̃ cũ assumptiõe ciborũ antequã colera in stõacũ descẽdat. et oportet cõsiliũ eius esse in infrigidatione et hũectatõe. et cũ ex ea aliquid currit in stõacũ purgamus illd cũ uomitu faciẽtes ipm stare inclinatũ. et infra tps longũ utat̃ medicis absinthio. s. et medicamie yerepigre et inunctõe supra stõacũ exterius oleo citoniorũ. s. nardino et similibus oleis sti pticis stipticitatẽ habentibus puã. sexto consilii sanitatis.

¶ Cũ cibus corrũpit̃ in stomaco et descẽdit et corruptum est hoc quod é melius i statu sanitatis. et cum nõ descẽdit opamur ut descẽdat cum aliquo qd faciat illud descẽdere absq3 pũctura et absq3 lesiõe sicut é diaciminũ et medicia fcã ex ficub9 siccis cũ medulla cartami et oia q̃ sumunt̃ cũ medulla cartami et epi thio et similib9 sibi cõferũt hõi ad cibi corrupti reliqas educen das. vi. cõsilii sanitatis. ¶ Galienus cõsuluit õibus sumẽtib9 tiriacã sanitatis cõsilio ut eã sumãt post cibi digõem et exitum sui a stõaco. et accipiãt ex ea quãtũcunq3 é faba egiptiaca cum duobus coclearibus aque. Et si ea indigent quãtũ é auellana mi sceat̃ cũ trib9 coclearibus aque et nõ accipiat̃ in estate nec ipam

debet sumere iuuenis aliquis: nec qui habet cōplexionem cali/
dā. Et si eget ea necessitate maxia sumāt ex ea parum. et pueri
caueāt sibi plurimū ab assumptōe cibi ipsius. Et dixit. Quidā
cōpulit filiū suū sūere aliquid tyriace. quoniā uirtus pueri imu
tare nequiuit. et ipsa immutata dissoluit corpus pueri et emisit
multā assellationem et mortuus est puer eodē sero. et similiter
cōsuluit defectis et senibus ut cū ipsam sumūt cōmisceāt eā cū
viuo non cum aqua. Particula. vi: de tyriaca ad cesarem.

¶ Explicit particula. xvii. incipit pticula. xviii. cōtinens apho
rismos dependentes ab exercitio.

e Xercitiū forte nō inspiciat q̄ aute cibū exercitio eget
ei uero qui exercitio nō approxiat in saliua nō sufficit
consilii bōitas sola nisi addiderit illi assumptōem me
dicinarū sanarū. Par. vi. de cibis.

¶ Melior spēbus exercitii corpis est illa que affert gaudiū et
leticiā: sicut uenatō et ludus cū pila pua. exercitiū āt aie affert
uirtutē quātitatie adeo ꝙ plures homies amiserūt egritudiues
gaudio tātū quo gauisi sunt. et plures alii egritudiēs amiserūt
rebus aliis tristiciis. s. que ipsarū aīas tetigerūt et liberati sunt
ab eisdē. Particula sexta de ludo cum pila parua.

¶ Oportet te sp recurrere ad exercitiū aie potius q̄ ad exerci
tiū corpis. qa aia hēt dominiū supra corpus et opare oēs spēs
exercitii sic ꝙ cū ipsis domio exercitii gaudiū et leticia aggre
get. et hec facilius acqrunt̄ ex ludo q̄ fit cū pila pua quā luden
tes ꝓiciūt de māu ad manū. Eadē pticula.

Bōitas exercitii cū pila pua excedit bōitatē oīm spērū exercitii
qa mouet oia mēbra et forte mouet aliqua et nō oia: et ex exerci
tatōe sui debilit̄ seu suauiter seu satis forti ter nō acqrit̄ aliqua
ex spēbus piculorū seu pestiū que multotiēs ex aliis speciebus
exercitii acqrunt̄. Eadē pticula. ¶ Exercitiū quottidianū a su
pfluitatibꝫ i carne existētibꝫ et i mēbris ca rne durioribꝫ corpꝫ
mūdat. expōne eius i. iii. acutorū. ¶ In corpe eius qui est in
qete et obmisit exercitiū coadunātur hūores grossi et subtiles.
grossi uero generāt̄ ex ocio et qete et subtiles et aquosi gene/
rant̄ ex purgatōe q̄ nō adest ab exercitio derelicto. iii. expōnis
eius in. iii. epid. ¶ Nō oportet fieri exercitiū aliquo tpe ꝓpe
malā digestionē. tercio consilii sanitatis. ¶ Exercitium

inueniés corpus plenū flāte uel quolibet alio hūōre generat ho rū dominio aut epilepsiā aut apoplexiā aut aliā ꝑter hec qa liq̄ facit ſupfluitates et ad exitū mouet illas. expōe eius i.iii.affor.

¶ In corpe eius qui i ocio ē ſp generāt̄ duo genera repletōnis ſimul:repletō quo ad uaſa.ſ.et repletio quo ad uirtuté. expóne eius in humana natura. ¶ Exercicia fortia deſiccant et in durant corpora et retardāt illa ad ſenſum et ad intellectū et ideo athlete et onera portātes et lapides eleuantes ſunt aliquantulū mente capti.particula de ſomno et uigilia.

¶ Corpa caloris debiliſ nullatenus exercicio egēt: ſufficit tā mē eis āmbulatō et fricatō cū oleo leniter et balneatō poſt cibū.vi

¶ Oportet ſenes mouere corpa ſua:qa eoꝝ cōſilii ſanitatis rū frigiditas calore idiget tēpato:et nullū ſenē oportet éé i ocio et qete cōpleta ut mime moueat̄:nec oportet ipm facere exercici um forte qa exerciciū forte ifrigidat eorū calorē debilē et extin guit.quinto conſilii ſanitatis.

¶ Motus corpis q̄ ſpūm hois imutat i fortitudinē uelocitatē et ſpiſſitudinē maiorē q̄ fuerit ante exerciciū:noiat̄.ii.conſilii.

¶ Meliores hore exercicii ſūt ille q̄ ſunt poſt cibi digeſtionē in ſero ſūpti digeſtionē.ſ.eius i uētre et oībꝫ uenis ét ſi deīde cibū aliū ſūpſit:et ſignū huius ē citrinitas urine q̄ ē i ſtatu tpato tūc uidelicet cū ſupfluitates cōtēte in ueſica et i inteſtinis iferioribꝫ ſunt compulſe ab eis.ſecundo conſilii ſanitatis.

¶ Oportet te ꝑperare ad extergēdū et fricādū corpꝫ āte exerci ciū et poſtmodū exerciciū ichoet̄ aſcēdēdo gradati quouſqꝫ pue niat̄ ad finē exercicii:et eſt tps quo fit color eius bonus:et cor/ pus iuenit̄ paratū ad motū:et inueniunt̄ motus eius equales et ſudor eius ē currēs: cū non permutatur aliquod iſtorum exer/ cicium ſubtrahitur.ii.conſilii ſanitatis.

¶ Poſt cōplemētū exercicii uolūtatis noſtre ē neceſſe corpus cū oleo fricare tēpata fricatōne:deinde mittere eū qui fecit i bal neū et lauare:et nō pati ipm facere in balneo moram et poſt bal neum cibare eum.ſecundo conſilii ſanitatis.

¶ In quartana debili et nō forti nō ē res nociua ſi huius domi nus opetur aliquod exercicioꝝ q̄ facere cōſueuit. et faciat hoc i diebꝫ ſue iterpollatōis prio ad Glauco. ¶ Explicit pticula xviii. Incipit.xix.cōtinēs aphoriſmos dependentes a balneo.

Alneũ nõ cõsumit nisi que cuti uicinãt: iteriora .n.
b i solidis mẽbris exsistẽtia ad exterius balneo nõ emit
tuntur. expositõne eius in tertio aphorismorum.

¶ Balneũ ẽ utile oibus spẽbus siccitatis cũ infrigidatõne sicut
ptisi senũ et cũ caliditate sicut febribus ethicis q̃ pure sunt sine
putredine et de balneo est miraculũ ẽ enim bonũ siccitati calide
et siccitati frigide et generat sitim nõ habẽti et extinguit siti ha
bẽti .par. sexta de ptisi.

¶ Balneũ ẽ utile habẽtibꝫ assellatõnẽ q͡a trahit hũores ad cutẽ
et nõ itret balneũ qui hẽt corpus repletũ: uel qui habet egestio
nẽ icarceratã. expõe eius in tertio morborum acutorũ.

¶ Nõ intret balneũ qui patit̃ fluxũ sanguinis q hẽt abhoiatio
nẽ et q hẽt stomacũ colericũ: et si ip̃m opatur uirtus ip̃ius cadit
et accidit sibi sincopis. et similiter caueat sibi ab introitu balnei
q uirtutẽ debilẽ hẽt. expõe eius i tertia acutorum.

¶ Balneũ factũ post febris digestionẽ cõplet ip̃am digestionẽ
et febrẽ dissoluit et oportet ꝙ caueat̃ ãte digõnẽ et maxie cauea
tur ab illis q hẽnt febrẽ ex flegmate salso putrido quia flegma
nõ dissoluit̃ acute sicut dissoluit̃ colera: et calor eius nõ extigui
tur neq̃ cessat sicut colere calor. expõe eius in .iii. acutorum.

¶ Vsus balnei i febribꝫ chimorũ pꝫ digõnẽ chimorũ curat fe
bres ip̃as et ẽ bonus febri ethice oibꝫ horis et nõ caueas tũc ab
eo i febribꝫ huiusmodi cũ nõ ẽ multũ debilis uirtus egri. et cũ
obuias febri ethice ex putredine nõ introducas ip̃m in balneũ:
nisi prius sint digesti chimi. par. vi. de ptisi.

¶ Cuiuslibet ephimere dominos oportet itrare balneũ excep
ta illa ephimera q̃ cã dẽsatiõis cutis uel epatis glãdularũ existẽ
tiũ i inguinibꝫ et subasellis generat̃: et si p̃cipio ei ut i aere bal
nei diu morã trahat nõ nocet hoc sibi aliquo modo: et oẽs quibꝫ
accidit hec febris absq̃ his duabus causis abbreuiẽt eorũ morã
i aere balnei et ministret̃ eis aqua iuxta uelle eorũ .i. ad glauc.

¶ Dominis tertiane pure imũgẽda ẽ balneatõ cũ aqua dulci bi
bẽda quia mouet et euacuat aliquã partẽ colere. et est eis utilis
cum qualitate sua utilitate magna. quia balneatio cũ aqua hac re
mollit corpus ifrigidat et corroborat illud: et ẽ necesse ꝙ sit uo
lũtas tua cũ dominus febris huius intraturus est balneũ emol
lire corpus eius et humectare. quinto ad Glauconem.

¶ Ptisici et omés quibus siccitas dominat̃ nó egent balneo ni si calido aere suo. Aqua uero cóce ualde tépata cófert eis et ma xime q̃ é,i cóca magna. et oportet egrotáté esse diu in aqua qua litatis tépate et sapide ualde quia mouet naturá ad sui dilatóem ãpliatóné et extensioné undiq̧ et natura obuiat ipi rei ueniéti cũ sapore: et uolũtatis tue sit apud ip̃m egrũ ut i balneo calefi at tépata caliditate et post exitũ suũ a balneo frica ip̃m oleo ad cóclusioné pororũ cutis sue ut humiditas cóclusa remaneat in/ tra corpus. et propter hanc cãm ex aere in principio nocumétũ sibi minime generatur. primo ingenii.

¶ Oportet dominũ quarũcũq̧ supfluitatũ fumosarũ calefactũ ex frigido sibi aduenienti itrare balneũ: nisi febris sit ex fluxi/ bus aut corriza: et ip̃m igredi balneũ nó patiaris ante digestio né ipius fluxus uel corrize: Sed calefactio ex solis ardore con uenit itroitus balnei ét si fluxũ habeat uel corrizã: et post bal/ neũ infunde sup caput iporũ oleũ rosatũ frigidũ: sicut ãte bal neum fecisti. octauo ingenii.

¶ Oibus dominis febris ethice et maxie illi q̃ ad cósumatóem puenit itroitus in aquã frigidã absq̧ balneo nocet: et cófert cũ balneo quia balneũ incipit calefacere et parat ipsũ aqua frigida balneari. decimo ingenii.

¶ Balneum factum post apparitónem signorum digestionis manifeste competit ei cuius febris é parua et uirtutes eius non sunt ualde fortes. vndecima ingenii.

¶ Circa balneatóné eorũ oium qui habét febres putridas tria sunt attendenda. primũ é ut nó accidat rigor uel orripilatio i in troitu balnei. Secũdũ ut nullũ mébrũ pricipale sit debile. Ter tium ut in primis uenis nó sit humorũ crudorũ quãtitas multa restricta. secundo ingenii.

¶ Melior horis introitus balnei in oibus febribꝫ interpellatis é cũ discedit aliqd febris et é hora qua calor icipit dissolui et bal neũ tũc cóseruat corpus et pparat ip̃m ad cibũ: et caue tibi sép ĩ huiusmodi febribꝫ ut aqua frigida nó itret̃ ĩ cócã. ii. ingenii.

¶ Aliquibus hominibus sumere aliquantulum cibi ante bal/ neum est satis bonum: et omnibus complexionem ualde siccã habentibus balneũ post cibum é bonũ. vi. cósilii sanitatis.

¶ Omniū eorū quos inueneris habere fastidiū post cibū re/
qrere te oportet et quos inueneris sentire in loco epatis dolorē
grauedinē et tēsionē uel aliquid horū rēoue a balneo post cibū
et procura aperire opilatōes suas et veta eis semp cibaria gros/
sa. sexto consilii sanitatis. ¶ Explicit particula. xix. incipit
particula. xx. cōtinens afforismos depēdentes a cibis et potibꝫ

Ntentio nostra pria est cibi opa. et est cibū digerere di/
i gestiōe cōpleta: et intētio proxima ē chimū bonū cōcre/
are ex eo similē videlicet ōibus mēbris. Particula sexta
de bonitate chimi.

¶ Sciētia uirtutū ciborū ē prior sciētia uirtutū mediciarū. qa
cibus necessarius ē tpe sanitatis et tpe egritudis. prio ciborū.

¶ Adiuuat ad expellendū ciborū assumptorū maliciā defectō
cibi: cibus rerū assumptarū cōtrarius: exercitiū cōsuetū et som
nus longus post cibum. tercio ciborū.

¶ Cuilibet hominum facilis ē uel difficilis digestio ciborum
quos sumit. et hoc uel spēalitate substātie ipsorū uel natura eo
rū: aut aliquo accidēte quod accidit eis. secundo ciborum.

¶ Non omniū medicorū intētio in cibis est in digestiōe ipso
rū imo in sapore. et cū aliqs ciborū est abhomiabilis cuius ab
homiatio vetat digōem sui inqrit medicus adaptatōem cibi ipsi
us et aptat ipsū ad digestionē. sed eorū intētio ē adaptare cibo/
rū saporē etiā si corrūpat digōem: secūdo ciborū.

¶ Cibus lenis facile et cito digerit in stōaco et uelociter con/
uertit in sanguinē i epate et venis et reddit similis cuilibet mē
brorū cibātiū se ex ipo: et durus ē difficilis receptōis pdictorū
omniū et remotus ab illis. tercio ciborum.

¶ Nō ē nobis necessariū pp famē replere nos cibis repletōe
gulosa sicut canes faciūt nec similiter pp sitim cōplere bibitōm
frigidā subito sicut ille cuius corpus calefactū ē qui bibit totū
quod reperit in ciato cū gulositate. sed oportet nos euitare ma/
iora his: retrahere. s. manus nostras a pluribus que apponunt
nobis: et retrahere eas a rebus dulcibus et deliciis quibus utū
tur gulosi. Particula sexta de uitiis indiuidui.

¶ Neutris et defectis cibū in nocte multotiēs mistramus. Et
ipsis nō ualentibus cibū digerere cibamus eos paulati in pluri
bus horis: et damus eis puū potū quātitate uidelicet que cibū

ipsum adaptet et nõ faciat ipsum natare. quito ingenii.
℄ Neutros oés et defectus cũ cibare uis appone mété tuã etiã quantitaté cibi primo: et nõ grauet eos et secundo ut cito digerat̃ et tertio ut cito descédat: quod si administres sibi ad edẽdũ ex carnibus aĩaliũ ambulantium iugula ea antequam ipsi cibentur p unũ sero tp̃e hiemis; qa carnes q̃ resídét uno sero facilius digerũt. et i tépe estatis carnes ip̃e sint ex aĩalibꝫ iugulatis i aurora quas comedát post solis occasũ. secundo ingenii.
℄ Cibi et potus putridi malũ generát: sicut generant uenena mortifera. expositóne eius in secunda acutorum.
℄ Cibus bonus reddit̃ malus uirtute medicinali que est in ip̃o sed uirtute sua cibali bonus ẽ omnibus téporibus corporibꝫ nostris. expositóne eius in secunda ciborum.
℄ Virtus debilis nõ põt supra digestioné multi cibi ét si sit bonus: et ideo oportet te mésurare cibi quãtitaté secundum uirtutem corporis: etiam eius debilitatem et iuxta cõplexioné corpis cibi elige quãtitaté. expóne eius in quarto ciborum.
℄ Aliqui ciborũ quibus coadunãtur uirtutes medicinales similes uirtuti scamonee medulle coloquitide et elebori egrotatõné remolliũt et uentré soluunt: et uirtutes eorum cõposite sunt et coadunate ex natura cibi et natura medicine: et aliqui ciborũ sunt absq̧ medicina qui nõ opantur aliquid istarũ operationũ in corpore et nil aliud faciũt q̃ cibare. et pauci ciborũ inueniuntur tales. et illi qui sic reperiuntur sunt proprie cibi. v. ciborũ.
℄ Ex peponibus generari humoré grossum terreũ ẽ impossibile ét si digesti sint digestione cõpleta sicut ex létibus uel carne uaccina humoré aquosum molle ẽ ipossibile cõcreari ét ex comestione cucumerũ digestorũ ét digestione bona coadunat̃ in uenis humor grossus frigidus qui i sanguiné nõ nisi cum difficultate mutat̃ cũ creditur bonitati digestionis sue et de suo effectu aliquãtũ nõ curatur et hoc est unũ meliorum preceptorũ sanitatis et egritudinis tp̃e obseruandũ. secũdo ciborũ.
℄ Paste panis de subtili furfure sufficit parũ ferméti: et similiter paste subtili que i igne modicũ debet morari parũ ferméti sufficit: et paste panis ualde purus nõ sufficit quantitas fermenti parua. quinto ciborum.

Melior et cõpetentior panibus nõ approximãti exercitio et senibus est ille qui est bene coctus in camino sicut decet i quo est fermẽti quãtitas multa. et panis azimus nulli hominũ con fert. quinto ciborum.

Amili virtus est proxima uirtuti panis loti. et amilũ cibat corpus cibatione modica et non calefacit corpus sicut calefacit panis lotus. quoniã omnis species panis calefacit corpus. quinto ciborum:

Natura nostra babet dominiũ supra omẽs carnes usq; ipa rum ultimã exceptis aliquibus procul existetibus et mutat eas et facit inde bonũ sanguinẽ. radices vero siclas et similia his non mutat. et si mutat quod mutatur modicũ est et cum opatio nibus plurimis: et illud modicũ nõ est sanguis bonus. et resi duũ ipsorũ emittitur p secessum. quinto uirtutũ naturalium.

Carnibꝫ quadrupedũ meliores sunt carnes porcine. et post has carnes edine et post edinas carnes vituline: et post uituli nas arietine molles viscose et muccose. Et precipimus ut quicũ q; intendit cibare se cibis boni chimi a cibo carniũ quadrupe dum aliorũ debeat cauere. particula sexta de bõitate chimi.

Carnes uolatiliũ ex sui bonitate leuitatis inuenientes calo rem in corpe dominãte generãt coleram multam. expositione eius in sexto epidimiarum.

Assum corroborat corpa magis illo quod est coquinatũ. et post illud elixatum. et elixatũ corroborat magis quam alie spe cies omnes coquinatõis. quarto expositõis ciborũ.

Accidit corpi ex omnibus carnibus que comeduntur assis uel suffrixis cibus siccus dominãs. Et ex omnibus carnibus elixatis cum aqua cibus humidus. et ex omnibus carnibus co quinatis in olla et pparatis cum spẽbus uel appositõe ipsarum specierũ sup ipsas cibus medius inter omẽs duos status. tercio ciborum.

In testiculis est grossities mala que cõcreatur cum ipsis. et hoc intelligendũ est de testiculis aialiũ quadrupedũ. qa testes gallorũ impinguatorũ sunt plurimũ saporosi. et cibus eorum est cibus bonus et cerebella oua aialium quorũcunq; sunt sto maco mala. tercio ciborum.

¶ Ex aialibus siluestribus etiam sunt quecunqꝫ pascuntur in montibus et locis desertis cibus generatus non habet supfluitatem. et ideo oportet necessario φ corpi cócreetur ex carnibus aialium siluestriū esse maius et satis melius quā id quod ex carnibus domesticorū aialiū cócreatur. tercio ciborum.

¶ Vinū tempatū totū corpus calefacit mébra pforans humores tempans et caloré excitans naturalem. Expositóne eius in ultima afforismorū.

¶ Vinū tempatū aqueū remollit stomacū et debilitat ipsum. et generat in intestinis ventositaté frigiditate aque et humiditate. et vinū forte generat pulsatóem in timporibus et grauitatem in capite et siti sui caliditate. Expositóe eius in secūda acutorū.

¶ Vinū forte excoquit et dissoluit fumositates quibus tempe ebrietatis caput replet. sexto expóis eius in secūda epidimiarū

¶ Rebus aliis melior res et potior ad virtuté extinctā debilé et ad illam que cecidit est potus vini. et similiter ad illum cuius corpus est totaliter infrigidatum. et ad illam cuius calor corpis é mutatus. Expositóis eius in. vi. epidimiarū.

¶ Vina dulcia nigra replét venas sanguine grosso nigro et vinum albū subtile diuidit chimos grossos et purgat sanguinem p vrinam. et vina aurea sunt tpata que generāt chimum in substantia tempatū. particula sexta de consilio sanitatis.

¶ Vinū subtile é bonū ad generandū chimū bonū et ad adiuuandum digestioné. et vinū fortis caloris clarū et splendidū. et similiter vinū quod inclinat ad albediné est bonū ad prouocandum vrinā. quarto consilii sanitatis.

¶ Qui uolunt habere leuitaté non est necesse eis nisi bibere vinū subtile clarū et albū purū stipticū quod pót parū aque sufferre. hoc eni est vinū p vinis aliis melius cum febris abest. vii ingenii.

¶ Vinū é melius rebus aliis habéti egritudiné in epate absqꝫ apate uel absqꝫ mala cóplexióe calida. quia cibat excoquit corroborat et cótrariat putredini et expellit illam. et si affuerit in eo mala cóplexio frigida et hūida curat eam. viii. miermir.

¶ Potus aque frigide ante cibū epati nocet et forte nocet lacerto eius. Expositóe eius in humana natura.

¶ Omnibus aquis peior est que est ex niue vel glacie resolu
ta. quia subtile in aqua pluuie é resolutũ et coagulatũ é grossũ
malũ eius et ad bonitaté aque pluuie nunquá redit. Expositóe
eius in secũda aquarũ.

¶ Omis aqua spissa et grossa é valde frigida et ipsius digestio
et descensus rari sunt et tardi. et ois aqua turbida fortificat ap/
petitũ cibi; et est causa corruptóis hũorũ; et pũcture stomaci in
estate et in hieme é nociua hũoribꝫ sui frigiditate et os stomaci
pungit. Expositóe eius in secũda uentorũ.

¶ Aquarũ uelox cõuersio significat sui bonitaté nõ maliciá.
et aqua pluuialis putrefcã nõ redit ad sui bõitaté. et ió oportet
nos expectare donec discedat ab ipsa odor malus; ac tpanda é
postea cũ melle uel uino. et in cognatóe cauere ab ipsa nullate/
nus te oportet. Ipsa eni aqua optie decocta salsuginosá qualita
tem assumit: Expositóe eius in secũda ventorũ. et sexto alimen
torũ capitulo tricesimo in fine.

¶ Aqua mala turbida uel fetens morat̃ in stõacho et facit ali/
ud. et cocta amittit maliciá suá p coctioné et aptat eá ad potum
et deinde sua opa cito facit et mãifestat hec ꝑticula eius terrea q̃
residet. et est necesse ut fiat coctio in ultia hora diei et dimittat̃
sero toto et coletur et postea bibatur. quarta expositóe eius in
sexto epidimiarum.

¶ Aquis melior est cuius nõ est sapor nec odor. et hec aqua é
suauior gustui q̃ aque alie. et ois aqua currés ad ꝑtes orientis
supra terrá purá que cito calefit et cito infrigidatur é aquis me
lior in omni etate. quinto consilii sanitatis.

¶ Lac cibat defectorũ corpa et subleuat ea et corrigit hũores
malos; et adaptat ipsos hũores: et lenit uentré: et caseus residet
in meatibꝫ epatis et opillat illos. et ob hác causam domio ydro
pisis ualde nocet. sexto expositóis eius in secũda epidimiarũ.

¶ Dixit in quarta particula de cibis lac cibat magis quá fru
mentũ. et dixit in libro suo de bonitate chimi; lac est cibus mel/
lior omnibus cibis.

¶ Aqua guttati descédens nõ mutatur in qualitaté aliá gene/
ris putredinis. et cũ nõ potes habere aquá guttati descédentem
sufficit tibi aqua fontiũ. quia sufficit cum aqua est pura et cla/

ra. septimo miermir.

¶ Dominiū in lacte camelino et asinino est hūiditas aquea et in lacte pecudū ē caseata. et i lacte vaccinoso butirosa. et lac caprinū ē mēdiū inter status trāsgrediētes tpamētū ad lac aliorū aialiū mēsuratum. et opus suū in hūano corpe ē mediū. et est melius in bōitate chimi quod ē ex aialibus piguibus corpe sanis cū bibitur hora qua mūgitur. et quidā hoim miscent cū eo mel et parū salis ut mime caseetur. parti. vi. de bonitate chimi.

¶ Lac licet sit grossū magis eo ē caseus grossus et ē ex rebꝫ ingrossantibus grossitudine multa comestus durus. et unūqđ/qꝫ lac cuius maior ps ē caseata satis sicut pecudū et uaccarum est grossius omni lacte. et subtilius omni lacte ē cui dominatur ps aquea sicut ē lac asininū. et illud sumptū cū melle et sale nō nocet uolenti cōsiliū subtile: quem oportet ab omni lacte alio abstinere. Eadem particula.

¶ Lac uaccinū ē grossius et pinguius omni lacte. et lac camelinū ē hūidius et minus pingue ōi lacte. et post lac camelinū ē lac equinū. post quod ē lac asininū: et lac caprinū ē tpatū inter grossitiē et subtilitatē. et lac pecudū ē grossius ipso. iii. ciborū

¶ Quodlibet lac cōuenit et cōpetit ptibus pectoris et pulmonis et nō cōpetit capiti etiā si caput sit ualde forte nec competit lateribus ad que uētositas cito currit. tercio ciborum.

¶ Melior spēbus casei ē caseus recēs factus ex lacte in quo ē grossities sua. et hic caseus ē saporosior ōibus spēbus casei et nō nocet stomaco. et descēdit citius quā alie spēs casei. et non ē malus cibus nec generat sanguinē malū: tercio ciborū.

¶ Cibi ualde subtiles sunt herbe et maior ps fructuū arborū habentium cortices duros. et hi cibi debilitāt corpus. et qui eis frequēter utitur minuit uitam sibi. v. expōis eius in. vi. epidi.

¶ In herbis nō est bonitas chimi. et lactuca ē herba refrigeratiua absq malicia: et rapa ē inter bonitatem et maliciā. et post hanc est attriplex. et post ipsam spinachia portulaca et blitis. Particula sexta de bonitate chimi.

¶ Cucumeres et pepones cū nō descēdunt cito corrūpūtur i uentre. et chimus generatus ex eis redit ꝓximus uenēis mortiferis. Particula sexta de bonitate chimi.

¶ Res subtiles sunt allea cepe nasturciũ porrũ et sinapis . et post hec petrosilinus : feniculus : mentastrũ montanũ et fluuiale : sadar : pulegiũ : pipinella : sisleos : et oẽs spẽs terre : nasturcium aromatice comeste recentes . Et post hec eruca : apiũ aqueũ : apiũ ortulanũ alexandrinũ : ozimũ : radix caulis et rubus . particula sexta de consilio subtili.

¶ Semen papaueris albi est satis minus frigidum herba sua ita ꝙ ex ea aliquid proicitur in pastã cum fit inde panis et rebus pluribus cõmiscetur . quia non ẽ in eo malicia . et semẽ ipsum grauedinẽ capitis generat et dormitionẽ . et sisamus generat corpori chimũ grossum viscosum . Eadem pticula.

¶ In omnibus fructibus arborũ aliqua ẽ malicia pterquã in castanea . quoniã ipsa cũ suĩ grossitie si bene digeritur non generat chimũ malũ : et oẽs fructus humidi sunt mali chimi . et cũ corrũpunt̃ in stomaco generant̃ ex eis mortifera venena . et ficus et vua sunt mioris malicie : et ficus sicce cum nucibus vel amigdalis sunt chimi boni . parti . sexta de bonitate chimi.

¶ Ficus viridef bene mature ex cibis est cibus medius : et de ipsis nõ dicitur ꝙ chimũ subtilient et ingrossent : et quicquid ex pomis uel piris coctis comeditur ẽ minoris malicie illo quod comeditur ex eis crudis . particula sexta de cõsilio subtili :

¶ Mora cũ nõ descẽdit cito corrumpit̃ in stõaco corruptione quodãmodo mirabili nõ assimilanti corruptõi ex peponibꝫ vel cucurbitis cõcreate dũ nõ descendunt . Cucurbite autẽ quãuis sint minoris malicie quã fructus estiui cũ cito a stomaco non descẽdunt corrũpunt̃ corruptõe magna . secundo ciborum.

¶ Omẽs fructus digestiõis difficilis cũ ex eis comedit̃ plurimã generãt sodam et pustulatõem oris stomaci et eius puncturam . Et dactili immaturi grossis et crudis hũoribus corpus replent : et ex eis accidit horripilatio et rigor longo tẽpe durãs et opilatio epatis . secũdo ciborũ.

¶ Galienus dixit in pria pticula miemir dactilus hẽt specialitatẽ corrũpendi caput et generãdi dolorẽ in eo.

¶ Oliue corroborãt stõacum et aperiũt appetitũ : et acetuose sunt aliis meliores . et nuces citius nuciculis digerunt̃ et cibãt minus illis et plus cõpetũt stõaco quã nucicule maxĩe comeste cũ ficubus siccis . secundo ciborũ.

¶ Vue passe tarde putrefiũt et substantia earũ ualde competit epati de sui specialitate et curat malã cõplexionem ipsius et nutrit eam et digerit humores crudos. et adaptat humorũ malorũ complexionẽ. Hec autẽ insunt sibi potissime cõtra dictas egritudines et similes illis. secũdo miermir.

¶ Cibus inter subtilẽ et grossum medius ẽ proximus sanguini. et de specie panis est panis bonus. et caro fasianorũ perdicum columbarũ et turturũ et similiũ. et omẽs pisces viscositate odore malo et abhomiatione carẽtes et oua tremẽtia. particula sexta de bonitate chimi.

¶ Cibis in quibus aliquid uirtutis medicinalis mãifeste nõ inest nec uirtutis cibalis quantitas multa melior est aqua ordei bene facta. et post hanc far ordei: et post hoc farrũ cũ aceti modico. et ipsum idem farrum absq3 aceto et ex cibis bonis est panis factus in foculari: pisces oẽs qui inhabitãt petras et omẽs aues montane: et post hec galline et fasiani. et caue tibi ab aialibus ueteribus et illis que partui sunt vicina. viii. ingenii.

¶ Cibi qui generãt chimũ grossum uiscosum nutriũt multũ Et si digerũtur in stomaco et epate digestiõe bona generãt sanguinẽ bonũ et non cõpetunt nisi ei qui ante suam comestionẽ exercet se exercitio forti. et qui vult sanitatẽ sui corpis et non grossitiẽ abstineat a cibis generãtibus chimũ grossum: nec eis debeat proximare etiã si faciãt bonũ chimũ. Particula sexta de bonitate chimi.

¶ Cibi grossi uiscosi sunt species panis male operati in arte sua uidelicet qui nõ ẽ bene fermẽtatus uel habet modicũ salis. uel cuius coctio ẽ minor. uel cuius impastatio est minor. et oẽs spẽs casei et oua assa et cocta dura: et spẽs pisciũ magnorũ corpe habentiũ carnẽ durã et uiscosam fungi et boleti et grana pini magni ac dactili palme et cibi grossi nõ uiscosi ut sũt lẽticule caules glandes et castanee. particula. vi. de bonitate chimi.

¶ Oportet oẽs hoiẽs a cibo mali chimi omni tpe abstinere. et illi qui in estate forti exercitio utũtur obuiẽt desiccatiõi et calefactiõi suorũ corporum medicinis quas accipiũt ante cibum ut sunt mora pruna cerasa cucumeres pepones crisomilla persica et lac refrigeratũ et cucurbita. hõ uero delicatus cuius consiliũ

est bonū est refrigerādus et humectādus propter sui exercitiū aliter uidelicet cum introitu sui in balneū et cū cibis bōi chimi cum aceto coquinatis et similibus sibi. particula sexta de bonitate chimi.

¶ Ex cibo digestiōis difficilis et ē cibus grossus uiscosus sicut cibus carnis porcine et panis durus qui semper ab eo cibo utitur nisi exercicio se approximet: accidit sibi cito egritudo repletōnis sicut qui opatur exercitium et frequēter utit̄ herbis et aqua ordei accidit corpi eius corruptio ex qua ꝓueīt cito ptisis

¶ Modicū quod recipit̄ ex cibo cuius substātia ē humida dissoluitur a corpe cito parat̄ et facile digerit̄: et corpus deinde indiget alio cibo nouo. et cibus siccus terrenus cibat corpus cibatione multa diu morat̄ tarde dissoluitur: tarde paratur et nō cito digeritur nec cito in sanguinē mutatur. v. ciborum.

¶ Oportet temetipsum cōsulere in omnibus cibis generaliter quia qui ex ipsis est acutus multū aut amarus cibat corpus parum. Et ex omnibus sapore carētibus cibatio accidēs corpi est multa: et ex ōibus dulcibus plus eis accedit corpi: et maxime si cū dulcedine est res grossa viscosa: siue hii sapores sint naturaliter siue artificialiter sicut illi qui sunt facti arte coquinationis: assatōis: suffrixionis uel necationis in aqua et similes illis secundo ciborum.

¶ Pingue uiscosum sicut ē sepum statim quod comedit̄ et stomaco applicat̄ saciat et replet uentrē comedentis postmodū uero minuit destruit appetitū qui huiusmodi cibū sumit eum pōt minime frequentare. tercio ciborum.

¶ Dulce purū cibat absq3 dubio et acetosum non cibat. et mediū cōpositū ex his duobus cibat naturaliter minus tamē quā cibus dulcis. Et de saporibus aliis idē intellige. quia omēs nō cibant excepto sapore dulci. et sapor pinguis est de genere dulcis et cibat. quarto medicinarū.

¶ Ait Moyses dixit pater maruen filius zor in libro ciborum quē cōpilauit cuidā regi Hispāie cū dictamie ꝓprietatis ciborum quorūdam probitas cursu spēalitatis fit. et ipsorū aliquasque placuerūt mihi his aphorismis collegi.

¶ Brodiū gallinarū elixatarū cōplexionē adaptat et ē medici

na utilis et cibus elephantiosis in principio sui et pinguat cor pa defectorū et neutrorū. et pulli columbarū habēt spēalitatem generādi emigraneā et maxīe eorū colla. et turtures augēt ima ginationē cōfirmāt mēoriam et fortificāt sensus. et pdices reti nent egestionē. et elixate cū pelle soluūt egestionē. et similiter galline et galli sunt utiles ad laxandū ventrē.

℄ Aues passeres. s. cōpetunt dissolutōi paralisi cōtorsioni fa/ ciei et spēbus ydropisis. et augmētant sperma colūbe que in do mo pascūtur et cito crescūt: augēt calorē naturalē: et brodiū cū ciardarū dissoluit colicā. et cōturnices sunt vicine nature auiū et sunt subtilis substātie que cōpetūt sanis et neutris: et frāgūt calculū et prouocāt urinam.

℄ Carnes edine sui plurima bōitate fere pcellunt omēs alias carnes quadrupedū. et carnes capreoli habēt spēalitatem corro borādi aiam: et aqua carnis eius eleuādi uirtutē que cecidit et curandi sincopim accidentē ex purgatione multa.

℄ Testiculi gallorum cibāt cibatōe multa. et est cibus melior quo cibantur defecti et neutri. et oēs testiculi aialiū sunt calidi et humidi adiuuātes sperma adiutorio mātfesto.

℄ Oua columbarū adiuuāt coitū adiutorio bono. et omia oua adiuuāt coitū et maxime coquinata cū cepis et rapis.

℄ Lac quodlibet generaliter uentrē soluit. et lac camelinū cor roborat stomachum et epar: vue passe impinguāt epar et utiles sunt ei spēalitate quā habet. et acerbe vue corroborāt stomacū spēalitate que eis inest et adaptāt cōplexionē corporū calidorū naturaliter: et extiguūt uomitū extinctōe miraculosa cū est de colera citrina. auctoritate filii zoar.

℄ Malum sui odore corroborat cor et cerebrū: et eius odor est utilis prisicis et melācolie melancolice. sed cibatio eius ē peior omni cibatione fructuū. quia sui specialitate generat uentosita tem in neruo et lacerto que non dissoluitur nisi cum difficulta/ te.

℄ Explicit particula vigesima incipit particula vigesimaprima continens aphorismos dependentes a medicinis sanis.

C Vratio cum cibis quibus insunt uirtutes medicinales est melior curatõe cũ medicinis quibus insunt uirtutes cibales et euita medicinas facere puras. Si uero aliqua ex causis te contingat facere illam noli commiscere sibi ad eius aptationẽ nisi quod ei cõueniat in quo sit uirtus cibalis Expositõe eius in secunda ciborum.

¶ Ingeniauerũt se medici accipe medicinas sanas subtiliatiuas quarũ medicinarũ uirtus aperit meatus strictos et clarificat chimos viscosos in uenis apprehensos et subtiliat humiditates grossas que quidẽ medicina qui ea frequẽter utitur aquosũ sanguinẽ suũ et colericũ et nigrũ mutat tpe diuturno. quia que ex eis medicinis est minor calefacit calefactõe plurima et exsiccat. Particula sexta de bonitate chimi.

tũ aliquod seu naturali morbo siue quouis exteriori accidẽti nõ ulterius priori stati pfecte reddi potest. ℭ Morbũ diuturnũ: et deffectionẽ mẽbrorũ: hereditat qdẽ filius: sed differẽter aut minorẽ si alter parẽtũ fuerit sanus. ℭ Nulli etiã credẽdũ est studioso medico nisi etate cõpbato. ℭ In morbo diuturno cuius urina urine sani similis fuerit et in una eadẽq; qualitate pmanserit nõ euadet egritudinẽ. ℭ Medicus mediocris qualitatis ẽ et ne nimis mũdũ admiret̃ neq; ex toto aspnetur oportet ℭ In tẽpore ueris si ex multa humectatiõe fiat mutatio aeris. Estate uero nascũtur uariole apostemata frenesis et febres: nec solutione purgatiua curãtur. ℭ Mulier in dextra parte cõcipiẽs raro feminã pariet. ℭ Chatartico dato pgnãti defficiunt pricipalia mẽbra nati omnib9 dieb9 uite sue. ℭ Quomodo nascũt̃ morbi ex humorũ quãtitate uel qualitatis habũdãtia. Similiter et ex deffectione: ppterea uero mediũ purgãdo et exinaniẽdo errare cõtigit. ℭ Olfatus et maxie si saliat fumus ĩ caput celerius quã bibitur cerebrũ iuuat. ℭ Ex mutatione stellarũ in lõgitudinẽ et latitudiẽ uicia et cõsuetudies eueniũt nec mutãt̃. ℭ Ex diuersitate spaciorũ regionũ uariantur quoq; complexiones et uicia nature etiã: et cibaria atq; medicine adeo ut ea q̃ fiũt in .ii. ascẽdãt in .iiii. et ecõuerso: uelut herba ortulana: et agresta seu siluatica: et domestica differũt. ℭ Emplastra atq; unguenta secũdũ uicitatẽ qualitatis cõplexionis in similitudinẽ illius membri cui fiunt. ℭ Co.ni.in iuuenib9 forti medicina purgare noli. Eorũ nãque quãtitas parua et equalitas. Defecta neque enĩ corpori coherẽtia sũt. Si poterit medicus medicari cũ dieta absq; potione pspera euenient. ℭ Si quis p multũ tẽpus neq; uomitũ neque solutionẽ habuit et eueniat illi subito impetu uidendũ est ne restringere festines. ℭ Fumus in corpore aliud est quã uẽtositas et pauci nouerũt discernere. ℭ Vrina sanitatẽ significãs in omni homine nõ ẽ equalis: nec ĩ quãtitate nec ĩ qualitate nec in liquore. ℭ Cuius urinã nõ pnoueris sani: in eius medicina nõ appropriabis uirtutẽ egroti. ℭ In cõualescẽtibus postẽa sic medicare ut nõ egrediat̃ intus. Sed foras nõ fortit̃ qdẽ: sed leniter extrahatur. Similiter quoq; in pueris: et in senibus.

ℭ Si demẽtia ex frigiditate et siccitate procedens ad cerebrum incutiẽs sit uinum

odoriferũ ca. et hu. tã intus quã foras ei adhibemus: et ad exci/tãdũ calorẽ ad iras quoque interdũ patiẽtẽ ꝓuocamus. ¶ Cõpositio cõplexionis sanitatẽ significãs i omni homine nõ ẽ eq̃lis nec i quãtitate: nec in qualitate. ¶ Quibus i iuuẽtute qua/ter i ãno tãtũ flobotomari cõsuetudo fuerit hiis cũ. xl. annorũ erũt ter. i. l. aut. lx. semel cõferẽdũ est. Vlterius uero ex toto dimittẽdũ est. ¶ Senes a xl. anno cephalicã uenã a. l. medianã post. lx. basilicã incidere desinãt Qui i iuuẽtute cõstituti mul/tũ: et frequenter sanguine minuti fuerit post ãnos lx. calor eorũ i frigidũ et siccũ cõuertetur maxime si fuerit frigide nature ¶ custodia uirtutis pricipalia mẽbra cõfortat: et a morbis tueť ¶ Pricipalia uero mẽbra cõfortata uirtutes quoque uices reddendo cõfortant: et a morbis deffendũt. ¶ Nati a iuuenibus parẽtibꝫ pricipalia mẽbra fortiora et sana naturaliter habẽt: et ecõuerso. Sicut ignis ad ea que sunt ca. et hu. sẽper intẽdit: ita et morbus ab huiusmodi cõplexionẽ. ¶ Qui aromatũ abhor/rẽt odorẽ: ne saporitã sentiũt dietatẽ: uiciũ est corrupte cõple/xionis illorũ. ¶ In omni regione quibuscũque ex uentis nubes ꝓcreari uideť: ex illis habitãtiũ capita fumo replenť: et sic corrize nascũtur et sensus agrauãť. ¶ In quacũq ꝓuitia quo cũq ãno muscule suphabundauerũt putredines quorũ morborũ suphabundabũt i corporibus habitatorũ. ¶ Ieiunare i estate corpus desiccat calorẽ citrinat melẽcoliã ꝓcreat nec non uisũ et efectũ pturbat. Sãguinẽ mox ut exierit i aerẽ cõielare terre habũdatiã designat: et quãto magis cõtrariať tãto magis cõtrariũ cõtingit. ¶ Ois prouincia que lõgius est a mari remota nõ in meridiẽ ꝑtensa habitãtiũ cor. sunt sicciora. ¶ Non est eadem natura tẽporis in omni regione quãdo sol est in quadrãgulo circulo qppe estas. hic estas: et hyems alibi. uer quoque i alio loco et autũnus i alio. et ad quorũ diuersitatis similitudinẽ differũt et cõplexiões et uicia: et cõsuetudies habitatorũ: quãdo enĩ uer ẽ in egypto: et estas i idia et apud habitãtes sub equali die sũt due hyemes et due estates: et duo uera: et duo autumni i ãno unde illis fructus habũdãtes procrẽat arbores: memoria ẽ subtilis: et alia huiusmodi multa. ¶ Defficiẽte uirtute defficiũt pricipalia mẽbra et morbis afficiũť: neq illã deffendere possunt.

¶ Vbi plurimi cōcordāt: et ratio attestatur: et experimētū cōprobat illud ante oculos pone: cōtrario uero cōtrariū. ¶ Medicinarū q̄dā et maxime que faciūt i fūmo capitis post cenam et q̄do itur dormitū dād sunt ut natura sit intēta circa interiora ab altissimis mēbris attrahēdo sensus alleuiet: et sic ubi morbus p̄ualuerit hoc ē obseruādū maxime i pricipalibꝫ mēbris. ¶ In nullū medicine aliquid cōmittendū est mēbrū que ad cōplexionē eius aut ex toto: aut ex parte nō ptineat. uel ad similitudinē cibi mēbra nutriētis que medicina si sic fuerit nutribilis quoqꝫ utilis est. ¶ Accipe nunc filii carissime postulatos a te amphorismos quibus sēp fidus pmanes secūdū eorū auctoritatē operare cōfidēter. Ad quos prout potui sudās ob tuā discretionem sollicite laboraui. Nā diligetē sapiētiā noui p omnia. Preterea ualde ceptū opus nō negligere hortor p quod me nimis letefica sti: Et quia librū. G. Gloriosissimi transtulisti. cuius titulū ei placuit uocari Megategni: qui liber ē ubi maxima ē proprietas medicorum. Nunc aūt Deo gratias ago: quia te huiusmodi primum translatorem inueni.

Amphorismorum iohannis damasceni. Finis.

Liber ampho.

Liber rasis de secretis i medicina q̄ liber āpho. apellatur.

C Ongregaui i diuisionibꝫ egritudinū et ostēdi curas de curarū naturis ex canonibꝫ ātiquorū et ex tractatibus et sermonibꝫ secūdū possibilitatē meā et deū exoro ut mihi tribuat cōplemētū et possibilitatem perfectionis huius libri ut ex eo utilitas proueniat: Iam compleuimus librum congregationum in artibus rerum expartū. s. philosofie et phisice duorū i qbus sūt uerba et facta infinita. Nec etiā homines i eis cōplemētū habere possūt. Sed itētio nostra est in hoc opere ostendere utilitatē hominū. Et diuersificamur in hoc ab antiquis qui ocultauerunt res que scire erant necessarie et uiam scientie et uirtutis priuabant lumine: Et testis huius rei est liber noster magnus scientia diuina: qui ē liber de spiritualibus; et noster liber de spiritu Et sermo noster

in libro dietarũ qualiter scilicet ab eis ueniã remoueretur ĩ omni tẽpore. Et abreuiaui uerbũ ut ad res quis facilius posset attĩgere. Et retributionem a deo expecto qui mihi prestabit auxiliũ Sine ipso enim nulla res habet effectum.

i Nquit albubert non est occultus homo sapiens et in omni tempore super fraudes et ocultatiões uiarũ sciẽtie artium antiquarũ quas rationes cõgregauerunt cõpilatores et ĩuenerũt uias tã occultas quã manifestas. Et hic noster liber est primus et est secretũ et est coueniẽs. Et nõ monstretur ei qui non meretur. Et in eo continetur ratio et cõplemẽtũ ãtiquorum et quã diu dies et anni fuerint per hũc meũ librũ uiuã et lucrabor: et non dubito: qn hic meus liber sit res secreta. Ego enim ꝓposui q̃dã secreta in eo dicere: et ĩ ꝓnosticis rerũ futurarũ: et ĩ cõfidẽtiis: et casibus qui mihi acciderũt. Quas cõfidẽtias a sapientibꝫ sum lucratus aggregatas a libris eorũ quas ipsi nõ ꝑfecte manifestauerũt: Et ex rebꝫ quas in me ipso sũ exptus et acquisiuí p meã rationẽ: Et testis est mihi sermo meus rationalis et locutus sũ in medicinis et dietis cõgregatis et uolo ut accidẽtibus sint remota uerba mea. Et dico q̃d hic meus sermo ẽ res breuis utilitatẽ magnã cõtinẽs in sciẽtia medicine ex utilitatibꝫ eorũ que hominibus accidũt. Et scias q̃d ipse ẽ totius utilitatis medula et margarita claritatis: que a tenebris ad lucẽ lucescit. Quẽ librũ antiqui laudarẽt si uiuerent: et ipsũ diuisi in sex sermones absque alia supfluitate cum complemento et breuitate: nũc loqui incipio cũ uirtute mea nimia et scientia oculta. Sermo primus de ꝓnosticis rerũ futurarũ. Secũdus de experiẽtiis et cõfidẽtiis. Tertius de casibus qui mihi acciderunt. Quartus de dietis medicinis et cibariis. Quintus de uerbo ypocratis. Sextus de scientiis et de intellectibus sine quibus rectus medicus esse non potest.

Liber primus de pronosticis rerum futurarum capitulum de nebulis.

i Nquit rasis cũ in ciuitate fuerit multitudo nebule cũ pluuia pmanẽte: ꝓnosticat algidri pũcturas rubeas et uocãt ĩ arabico alchiteba: q̃ si apostematibꝫ fuerint significat et pestilen

tias et lupos. Sed qualiter est cura earũ rerũ: purgabit homo ã te tẽpus estiuum cũ rebus subtilibus et rob fructuũ: et odorabit odores delectabiles: et cõmedet alchenebir. i. colũbas siluestres q̃ i domibus nõ nutriũt et aues uolatiles: Et q͂ cõederit et bibe rit sit tẽpatũ cũ rob lapacii: et cũ agresta et cũ his rebus euadet Et si nebula aduenerit absq͂ pluuia: et autũnus q precessit etiã fuerit siccus: pronosticabũt egritudiẽs capitis tãtũ: et pronosti catur epilẽpsias et egritudines melẽcolicas: Et tũc balneamini balneis calidis tẽpatis: et utamini rebussomnũ ꝓuocãtibꝫ Et mollificet naturã corporis: et cõtiuamini cũ uino claro bõi odo ris qd sit tẽpatũ. Et post cibũ odoret: rosas et uiolas: et nenufar et accipiat bolumarmenum.

De uentibus.

Q Vãdo fuerit uẽti colaterales: et aliqbus aliis corrũpũ tur cõplexionibus tẽpate et melius i hominibus uolẽ tibus reduci a cõtraria cõplexione: et crescũt egritudines timo ris et paralisis et torture faciei. et cura harũ est una cũ suffumi gatione turis et cipi aut lubrie et storacis gume.

Q Vãdo i hyeme fuerit pluuie multe: et i uere durauerit hec: ꝑparãtur gentes morti: et omnes illi qui sunt de biles ex natura: et qui sunt cõplexionis humide. Et ꝑparat egri tudo capitis et nausea et fluxus. Et uia euasionis huius rei est ut utãt in duobus tẽporibus cibariis i qbus sit acetũ: et potius ci bis cõplexionis sicce sicut arabibic. i. chalãdris et alchenebit et adeodorec. i calamnibus et caueat a laxatiuis. Et utatur rebus frigidis et siccis sicut citoniorũ et pirorũ: et maneat i locis altis soli oppositis nõ parũ spatiũ: sed in illis locis imoretur diutius uel commoretur.

De fructibus.

Q Vãdo arbores maturãtur uenenãtur: et uermes i eis nascũtur: nõ debent fructus eorũ comedi: quia sunt uenẽa mortalia: Et minus quod ex eo accidit est quod putrescit sanguis et febris mortalis fit.

Vãdo uidebitis tẽpus nebulosũi uere et i estate durauerit: caueatis a spasmo et amissione memorie et obliuione. Et cura huius ẽ iungere caput aut tẽpatis: aut facere balnea tẽpe

rata: et post hoc facere gargarismū ex succo endiuie et aqua ro sarum tēperatis cū secaniabin zuchari simplicis acri.

℄ Qui accipit medicinas lassatiuas in autūno: et fecerit minu tiones p uomitus et natura eius tēperari nō possit si corpus cū adhuc sanū nō fuerit caueat statim ne amplius utatur.

℄ Qui multū fuerit usus minutione i autūno dicatis ei quia accidit ei timor et amissio luminis. ℄ Pulsus cum est fortis et cū tentas ē mollis et mutat̄ facies et sudor multus et grauedo dorsi et oculi graues: cura eius est in confidentiis.

℄ Quādo ifirmus sensit egritudinē stomachi sui ex nausea: et amisit appetitū: et in ore uapores malos senserit et i naribus ferorē urine et stercorū: sciatis qd hec febris est mortalis.

℄ Quādo hyems fuerit calida: et uer frigi: accidit capitibus ca tarrus: et timeat homo ne ad mēbra ueniat principalia. Et uia euasionis hec est euacuare materiam cibis medicātibus et cum medicinis ad cibaria pertinētibꝫ et confortare cerebrū cū rebus odoriferis temperatis in frigiditate et caliditate ad siccitatē pti/ nentibus.

℄ Cū facies fuerit facta dura et nigra: et fuerint ī ea uene et ī oculis rubedo ostēdit sanguinē esse corruptū. Et si forte pili ca dunt et guttur inflatur ostēdit lepre initium. Properetur ergo corpus ad curādū cū decoccionibus tamarindorū et prunorum et aliarū rerum lassatiuarum.

℄ Cōstipatiōe accidēte: et simul egerere et tarde et egritudinē nō amittere et egestiōe fetida existēte: dicatis qa egritudo ē mor talis. et tamen diu durat uita et nihil isti prodest nisi ius auium ut non deficiat cum fluxus fuerit.

℄ Cū qs fuerit i die crisis: et oculi eius fuerīt minorati: et na res tortas habuerit sine dubio moritur: et alie egritudines non sunt timorose quamuis fuerint multe. ℄ Qui in die primo e/ gritudinis ipatiēs fuerit et suspirauerit et captus fuerit mēte: a mittet somnū supflue: et magis spera mortē: nisi fuerit melen colicus naturaliter. ℄ Cū palpebre oculorū āborū mouent̄ o stēdit qd hūores a deorsū ascēdūt et dico qd accidit eis emigra nea. ℄ Cū alia mēbra tremūt ostēdūt uaporē supfluū i corpe existentem sudor balnei eū remouet ℄ totū corpꝰ saltare et tre mere ostēdit uapores gross. i cōpe: et dieta et balnea eos rēouēt

¶ Mébra iferiora saltū habere demóstrat humores descédisse ad eos utat᷑ uomitibus. Et curatis dixit qd illd demóstrat motū uel uiam.
¶ Vétositates ī corpore absque uaporibus qui nó minuunt᷑ et ī corpore mouétur nimium et dolor aut motus si multus fuerit dico quod téperamétū nó existit. Et cura corporis quāuis mul/ta sit facit in fine quod diximus: et ecōuerso nó noui aliquem qui hec dixisset preter galienum solum.
¶ Qui ipatiés fuerit ꝓpter dormitioné mébrorū inferiorū: ha bebit podagrā et opilationé ī uia spiritus et accidit ei hoc ꝓpter malā curā quā habuit: et accidit ei hoc ꝓpter spiritus paucitaté
¶ Cum aliquádo alicui accidit dormitio mébrorū suorum: di cat ei quod morté habebit subitaniā: uel poterit latus unū amit tere propter uentositatem que loca illa opilat. Et comedere cin namomum cum oleo alsalforat: illud remouet alforat. idest fi / fricus est arbor cipresso similis.
¶ Cum ascenderit uapor ad caput ex caliditate: et qui hét ali/ces uel cósequenter amittit uisum uel cadit in terram. dicatur ei quod habet corruptos humores qui in corpore eius mouét: et aptetur statum ad soluendū eos ab intus cū uino téperato: et ex terius cū balneis téperatis et dietis equalibus ¶ Non euadit homo q i mari uicinus existit et lacunis et elongatur in etate a debilitate mébrorum iferiorum et amissione luminis: et post hoc accidit his qui in his locis nati sunt et a terra recedūt quam diu uixerint: et ungant corpus suum rebus odoriferis et exer citetur: et non utatur carnibus grossis: et comedat aues cū age zebre: et mucharoga sparsis cum agresta et aqua rosarū et co let aquā cū bolo et choabori et faciat instrumétū ex auro et in tigat ī aqua rosarū et in spica que é nutrita cū agresta et ponat ī oculis mane et sero postquā suffumigauerit facié cū uapore a que calide. Non comedat pisces: et accipiat trociscos muscatos factos cum secaniabin zuchari albi: tépus uero autumni ī ripis marinū magis téperatū existit quod est stabile. Sed properet ho mo ad odorandū odorabilia et maturádū humores ante aduen tū frigiditatis. ¶ Cū pili palpebrarū ceciderint: et pilli capitis et scisi fuerit: dicat᷑ quod habet putridos humores et ideo ꝓpe / rat huius damnum. Sed debet custodiri ī locis altis et debet cu

stodiri hec putredo: et faciat res quas āte diximus et purget corpus eius cū pillulis aloe que sūt expte et cū sirupo prunorū cui misceatur aqua fabarum et aqua endiuie. ❡ Quādo in ore stomachi febres fuerint a calore superfluo corrūpit: et minuuntur carnes et exsicātur: ꝓpter incōueniētiā colere ad naturā q̄ ibi est: et exprimitur et cadit in uenas: et ꝓpter hoc apparent uene i ethicis: et fiūt sicca corpora. Et signa febriū oris stomachi sunt ira et ire facilitas: et sitis statim Et ex eis que magis ipsis cōferūt ē ut capiat. lb. i. zuchari rosati et pistetur cū rob. Acetositatis citri acris: et fiat sicut massa: et bibat ex ea terciā libre et comedat ex eo. ℥. i. post cibū tribus oris. ❡ Si fuerit i ore stomachi frigus facit ossitationes maxime si comedit res frigidas ex cibariis et potibus: et facit acetositates multas et rugitū et uētositatē. Res autē que maxime eis cōferūt ē: quod post cibū accipiat diacitoniton i quo est multū de cinnamomo: et de musco et bibat post ipū uinū coloris aurei: et comedat post hoc fisticos positos i aqua ros. et aspergatur desup pip. ❡ Omne cibariū calidū uel frigidū facit sine dubio tres maneries uaporis scilicet uaporē sanguineū tēperatū in quo uiuit spiritus naturalis: et uaporem frigidū ex quo multa generat egritudo uaporē calidū ex quo birsen generatur. Vaporē autē tēperatū ut ostendit subtilitatē spiritus i cogitādo tā in tristitia quā i corporum liberalitate: uaporē uero frigidū mōstrat tristitia et pōderositas et fractio et ira i somno et mala cogitatio: et uaporē calidū ostēdit frigiditas extremitatū: faciei macies et oris amaritudo et oculorū ardor et desideriū aeris et aque frigide et maxime Si urinā habet tinctā croceā. Et cura hec est ut accipiat acetositatē citri acris partē unā et aque tamarindorū partē aliā: et aque fabarū aliā: et aque endiuie partes duas: post decoctionē et decollationē collature apponant due partes zuchari tabarzet: et ponāt ad ignē ut nō fiat siccū et administretur ex ipso. ℥. ii. cum tanto aque: cum. ʒ. i. sirupi prunorum et iuiubarum quod fit cū succo pomorū acriū: et tēperata utatur dieta: et balneis tēperatis: et bibat uinū tēperatū cū aqua in qua sint positi emblici et sit aqua niuis: et ex aqua ista accipiat pōdus. lb. i. et sit hec aqua in uase paruo: uirtus huius sirupi est urinam ꝓuocare et coleram exthrahere et corpus purgare Quod autem uaporem

expellit frgidū est aqua maiorane et aqua foregomes ex quibus lb.i.accipiatur et aque endiuie.lb.i.et saluie.lb.i.misceātur co quāt. et colentur et zuchari tabarz et et mellis anaparū ponāt aque cū melle zucharo q̄ i olla ad ignē leuem et misceātur mul tum cum ligno uitis:et dum bulierint ponatur intus sticados recens usque quo fiat sirupus:et ponatur i eo dauich.i.cāpho re et medietas unius mecali musci rubei: et dēt ex eo.ʒ.ii.cū duplo aque frigide:et post accipiat ieiunus existis trociscis. Recipe chebulorū emplicorū ana partes duas cinnamomi par tem unam gariophilorum assari bdellii ana partem mediam te rantur et cōficiantur cū succo pomorum acrium et fiant troci/ sci. ℭ Non fiunt egritudines propter superfluitatem humorū amplius quam propter defectum humorū:et error magistrorū ut hic est nimis testificatus et hoc est ꝓpter experientiam. ℭ Qui somniat terribilia multa et cū euigilat somniū obliuio ni nō tradit:et dicit oia sic ꝙ ex eis nihil dimittit:et integre dor mit de nocte plenus ē humoribꝰ:ꝓpter et ergo ad purgatōnē qui uiderit huiusmodi somnia et cū excitat̄ obliuioni tradit: et cum hoc bene nō dormit et pulsus ipius ē debilis egritudo ex defec tu humorū ei prouenit. Dieta huius sint cibaria subtilis substā tie et bona que corpus cōfortēt et fugiat euacuatōnē et oē quod eū exsiccauerit. ℭ Qui ab aleis et potis abstinuerit nocumēta malorū humorū euadet:et maxime si mel mirobolanorū chebu lorū comederit:et electuariū de cinamomo successiue. ℭ Cui dolor fluxus sanguinis nariū euenit superflue quinta die sue fe bris in die crisis euadet ab egritudine. ℭ Cui dolor capitis du rauerit sine aliqua cā quā ipe cognoscat et fuerit nimius:stoma cū purget suum ab humoribus calidis. ℭ Qui quinquaginta ānos trāsierit et dolores renū habuerit a dolore nō potest euade re:antique eni egritudines cū antiquis accidūt durant in eis dū uiuūt:et huic prodest egritudini medicina albica quam nomina uimus iā. ℭ Qui quinquaginta ānos euaserit:et egritudo ei ac ciderit alcabitus cito moritur. ℭ Similiter accidit iuueni si ei fortis paralisis acciderit et si fuerit complexionis calide minui/ tur. ℭ Qui impatiens fuerit ex dolore pectoris: et absq; cogni ta causa eius fit: unum est ex duobus uel grossa uentositas ē

que pectus extēdit: uel sunt humores putridi qui sub costis exi stunt: uel in pectore est tussis absq3 dubio: uentositatē autem demonstrat motus et humores et remanētiā pondus. ℂ Cui tussis et febris euenerit et cito eā amittit dicat̃ ei q̄ apostema accidet ei in iūcturis. ℂ Dolores acuti fortes in renib9 lapidē portēdūt et pōdus ī ipis et apostema et pūcturas. ℂ Cui egritudo cū uomitu cessauerit: et in itestinis hēt egritudinē eis prodest anates comedere solas cū medicina cognita. Et si egritudo in ipo cessauerit post duas horas uel tres egritudinē i uenis hēbit: sua aūt medicina ē eadē cū p̄missa prius comedat sebesten et auelanas. Et cura secundi comedere fisticos cū casia. ℂ Lassitudo sine cā exercitii egritudinē futurā portēdit: priuatōes euacuationis rei solite sicut sanguinis uene tā nariū uel urine uel fluxus urine uel emoroidarū uel aliarū rerū demōstrat egritudines.

ℂ Plato in timeo de reb9 futuris cognitis cū apparuerint et in sanis et in egris: cū in egritudie apparuerit sanitatē significāt. Ex quib9 ē somnus plixior solito et si sanis euenerit credo egritudinē euenire: et si egro cōtingit salutē ostēdit. Et sic de siti cū homini acciderit qui eā habere nō cōsueuit in sanitate res ē ostēdēs egritudinē et radix doloris existit i cerebro. Et cū egro aduenerit fortitudinē nature ānūtiat: et sanitatē et status eius ad salutē euenit: et fortior erit: et idē accidit ēt pati somno irato et fracto absq3 labore et pena et ostēdit egritudinē capiti uenturā. Et cū huiusmodi egro ī fine egritudinis cōtigerit exitū ab egritudine nūtiabit: et impatiētia in somno primo ostēdit q̄ somnolētia diget. Et ipatientia mane post somnū et post somni mēsurā portēdit egritudinē: et laxationē neruorū. ℂ In cuius corde euenit mēbrorū nimia molificatō dicat̃ ei q̄ moritur. Spiritus .n. patitur paucitatē: et accidit hoc ac ipienti medicinā uiolentam: uel cui sanguis a narribus fluxerit superfluus: uel cui nausea contingeret superflua. uel qui nimio utitur coitu uel qui fluxū uentris patitur: vtatur ergo cibariis spūm uel corpus augumentantibus sicut uitellis ouorum et iure auium et uino optimo.

ℂ Cui inflamatio et rugitus uētris eueniret timpanitem significat propter egritudinē epatis. vtatur ergo cibariis cū preparatione ex cino et camelea: et comedat alcatonas cum medulla fisticorū: et caueat ab herbis frigidis et humidis et fructibus.

¶ Qui conqueritur propter sudorem sub brachiis et ē si super flue fetidus: et huiusmodi habere nō ē solitus timeat ꝺ lepra comedat ergo alchaneat et sunt alorpf. et laxetur cum succo eius et accipiat ex eo. lb. i. et aque fumiterre cū aqua maiorane post quā bulierint: et colate fuerint: et bibat ex ea per unum mēsem et nunquam summat carnes salitas: nec etiam quicquid sit ꝺ lacte: et cū hoc fetor ipsius cessabit: et habeat balnea tēperata: et exercitet. ¶ Qui panē azimū cōedit crossas egritudiēs et magnas habebit: cōda parua et epata ī eis et sūt timidi: exercitio supfluo indigent: cibariis utantur tēperatis et potibus cōueniētibꝰ et aere equali. ¶ Qui spatulas āplas habentes et brachia tenua comedāt res subtiles et frigidas: et res frigiditati attinētes: et sint ī quiete: et caueāt a frigore et calore superfluis: et non comedāt fructus etiam frigidos et humidos.

¶ Liber secundus de experimentis et confidentiis.

¶ Omnis egritudinis sicce canon cure ipsius est odores boni et aues et uina conuenientia.

i Nquit abubert. omnis res naturaliter ī hoc itroitu existunt post iuētionē medicinarū et custodiā et pparationē earū etiā itellectū doctorū et custodiā planetarū et lune et temporis quod aptum est ad medicine cognitiōem: et administrationem. Et dicemus uerbum quod ypo. dixit in libris ubi dicit. Qui dixerūt quod sciētiam habuerint medicine et habuerunt in se partem intelligētie et scientie et cognitionis festine: non reputet astronomiam partē esse paruam eorū quibus idiget medicina. Et dixit astarobt. Sapiens in libro scientie sue de signis et lune effectibus quē librum alter non precessit in expositione libri: quia philosophi et sapiētes alii preter astronomos conueniunt in hunc librum quod preparatio et cursus eorum que sunt in terra. Ex planetarum cursu accidit: et sermo eius est in luna. Et conueniunt naturales et astronomi: quia preparatio eorum que in terra sunt a luna accidit: et luna respectu solis sicut excelsi regis maior dominus est. Et mutatio temporum propter lune stationem euenit cū retinetur: et non apparet nisi cū ipsius apparentia fuerit manifesta. Et hoc eis est manifestum qui in mari uersantur: et

qui uineas plantant. Et conneniunt sapientes medicorũ ꝙ res omnis temporũ et aeris et aquarũ et cõplexionũ et egritudinũ ex motu planetarũ mutantur cũ in longitudine et latitudine cõ sistunt. ℂ Decens est cũ medicinas coquere uolueris ꝙ eas in aqua clara boni saporis excoquas: et cũ lignis siccis et ramorũ uitium et ramorũ ramis et cũ ramis rosarũ: et cum arundinibꝫ siccis et cũ herbis boni odoris optime desiccatis. Et nunc intre mus ministrare res quas diximus uirtuosas et scire admirãdas ℂ Confortatio ad febres adurentes mirabilis. Recipe mirabo lanorũ chebulorũ citri. ana mechal. i. cinnamoni acuti. zinzi beris recentis ana mechal. s. stephisagrie bone mechal. i. teran tur bene et exibentur et soluatur Ambra in oleo fistico: et misceantur cũ eo relique medicine cum triplo sui de melle iuiu barum dosis mechal. ii. lb. i. et. s. cũ sirupo pomorũ dulciũ. ℂ Medicina ad easdẽ febres mirabilis. Recipe mirobolanorũ indorũ citrinorũ emblicorũ omniũ ana mechal: bedegart semi nis papaueris cassie fistule ana mechal. s. terantur et cribellen tur inuoluantur i oleo pomorũ: et conficiantur cũ triplo sui de melle cassie fistule: dosis mechal ii. cum. ʒ. ii. sirupi malorum granatorũ dulcium. ℂ Medicina mirabilis ad quartanas. Re cipe sene assari omniũ ana mechal. i. cinamõi odoriferi mechal iii. seminis endiuie secenge musci sisimbrii sebatele omnium ana mechal. s. cõficiant̃ cũ triplo sui de melle mirobol. chebul. uel tamarindorũ potio est mechal. iii. cũ. ʒ. i. sirupi secaniabin facti in zucharo in quo sit muscus. ℂ Medicina quam laudaui ad febres: et est breuis. Recipe oes. i. corpus sene assari yreos omniũ ana mechal terantur bene et cribelentur: et conficiantur cum melle ceraugebini mechal. i. s. cũ. ʒ. ii. secaniabim de zu charo facte: et de semine endiuie. ℂ Oleum mirabile quod con fert istis rebus desideriis aliquarum rerum et tremori cordis et melencolie et excusat dyamuscum Recipe olei citri. boni odoris lb. i. olei nucũ lb. i. ponantur in olla limpida: et coquantur tam diu ꝙ suci consumentur et oleum remaneat: et deinde ab igne amoueatur et misceatur pondus mechal. s. de musco boni odo ris: et ex hoc oleo bibat patiens cum necessitas incubuerit a du abus mechal ad medietatẽ. ʒ. i. ℂ Oleum predicto simile mira

bile. Recipe olei pomorũ dulciũ lb. i. olei alcheiri palidi lb. me/
diam ponantur in olla uel caldaria: et custodiatur: et misceatur
cũ eis he aque suci maiorane: et endiuie caucar omniũ: ana lb.
mediã posquã bulierint et colata fuerit coquatur totũ quousq
aqua cõsumatur et oleum remaneat: et cõmisceatur mechal me/
dium Ambre: et misceatur et bibantur tantũ quãtũ precipimus
ex premisso et iungatur pectus ex oleo: et toracis orificium.
¶ Olei oculti ualens febribus effectus mirabilis. Recipe semi
nis endiuie et seminis plantaginis et bedegart: et seminis maio
rane omniũ: ana mechal. s. cinnamomi acuti mechal. i. et. s. te/
rantur et cribelentur cũ triplo de rob citri acris uel malorũ gra
natorum acriũ et conficiatur potio mechal. ii. cũ. ʒ. i. sirupi pru
norũ. Recipe seminis lactuce cucurbite papaueris portulace ba
teche ana mechal. i. s. sandalis citri camphore albissime recetis
ana mechal duo conficiantur cũ triplo sui de melle sebesten et
sumat patiens quotidie mechal. i. et. s. cum sirupo uiolarum uel
sirupo prunorum. ¶ Oleum ad emigraneã calidã. Recipe ami
gdalarum dulcium seminis papaueris lactuce cucurbite dulcis
cucumeris bateche ana cum suco florũ nenufaris terantur deci
es post exprimantur et administrentur. ¶ Trocisci muscati cõ
ferentes epidimie et interioribus. Recipe ziziberis mechal duo
musci boni odoris dauich. ii. zuchari ad pondus omniũ confi/
ciantur cũ sirupo maiorane: et fiant trocisci: mechal. i. dosis tro
ciscus. i. cum sirupo pomorum dulcium. ʒ. et suci endiuie buli
ti et collati. ʒ. ii. ¶ Ad retentionem urine et humorum in ue/
sica. Recipe mirre ciperi squinanti cinnamomi ana partes equa
les: et partem superficialem glandium partes. ii. conficiant cũ
oleo balsami: dosis mechal. ¶ Ad ulcerationem oris. Recipe
papiri combusti ciperi yreos celestis. ana: terantur et ponantur
in ulcere et coluatur os cum aqua rosarum in qua sit positus su
mach. ¶ Medicina experta apostematibus corrodentibus et
aliis. Recipe anagellas: et est mater silua: et foliorum aluala: et
est anataria: masticis ciperi seminis spatule ana partem unã la/
pidis lazuli sani partem mediam cõficiantur cum triplo sui cũ
suco citri acris cocto et coagregato cũ dãsesaban: et ponãtur in
apãtib9: et eradicat radices eorũ et remouet ipsorũ uẽas. et post/
q̃ apa eradicatũ fuerit ponat̃ hoc medicamẽ qđ carnẽ generat.

C Confectio medicine generatiue carnis. Recipe filiorū farat
sie .i. căsorū et foliorū alchebul. et puluis papiri combusti semi
nis roxarū: ana partes equales terātur et admisceāt: et supponā
tur folia eiusdē uel plantaginis intincta melle. C Medicina que
extrahit secūdinas et fetū mortuū. Recipe castorei cinnamomi
mirre ana fiāt forme gladibus similes et inuncto balsamo sup
ponāt: et si forte cū hoc secūdina nō exierit detur cū hoc đ isto
sirupo. Recipe faseoli ciceris nigri endiuie. ana partes .i. ber
beris unciā mediā coquāt i tribus libris aque usque quo rema
neat una coletur detur patienti: quarta pars libre unius cū un
cia una de radicibus berberis: et positio altamie in manibus et
pedibus cōfert nimiū puocationi menstruorū. C Itē ad aposte
mata corrodētia cui nō est par. Recipe endiuie plantaginis be
zei. et. zarmach. ana partē .i. bechar farie fabarū ana ptē. v. cō
ficiāt cū melle et postq̄ carnē corruptā rēoueris supponat hic
puluis. Recipe corali rubei lapidis lazuli sani ana partē .i. ra
dicē pistacce bedegart fausel ana partes .ii. et simul pulverizent
et administrentur. C Emplastrum ualens ad idē. Recipe alo
es boni chabarc egiptie: adep. indi sāguinis draconis ana par
tem unā feminis basiliconis garet: seminis basiliconis maioris
quod uocātur burūgi: ana partem mediam: fiat emplastrum et
ponatur super locum lesum: postquā lotus fuerit cum aliquib9
habentibus uim exsiccandi ut aqua plantaginis uel mire: uel ui
no stiptico et similibus. C Emplastrum ad ulcera et crisipilam
et est expertum quod. Recipe nucū cipressi filiorū spice albe. i.
rubei masculi filiorū silue caprine iusquiami ana partem unā
acatie bedegar asse mirti: ana partem unam cōficiāt cū rore in
uēto super folia acundimi. Vel suco ipsorū filiorū: et aquā rox.
et super ponāt et si cū rubedine fuerit misceat bolusarmenus
cū pdictis. C Medicina mirabilis nocumēto carēs et ē breuis
cōferēs lapidi. Recipe. cog. mirre yreos seminis ēdiuie ciperi sq
nāti cinamomi mechal. i. seminis spatule botiche capparis spar
gi: petros. ana mechal. i. ʒ. v. cōficiāt cū melle cassie fistule: et
det ex eo mechal. i. cū sirupo cog. et zucharo. et ʒ. ii. aque
C Medicina ad distillationē urine. et ad lapidē addēs in sperl
mate. Recipe galle in alto gallāge cōtrite et cribellate et cōfecte

cū butiro uaccino et melle dispumato et det cū aqua iuiubarum uel sebesten. ℂ Ad febres occultas Recipe bedegart seminis endiuie plantaginis lactuce bateche ana mechal.i.se.mirte san/ dali albi ana mechal.i.cinamomi mechal.iii.spondii mechal.s. musci camphore ana quartam partē mechal.i.conficiantur cum succo malorū granatorum uel pomorū et dosis mechal.i. semis totidem cum sirupo uiolarum. ℂ Oleum contra quartanas. Recipe assari sene cinamomi mechal semis. seminis maiorane uer/ beuent feri gemusi mechal.i.seminis endiuie lactuce portulace plantaginis sandalorū alborū ana: mechal semis lapis lazuli loti multotiēs cū aqua cāphore ana mechal.ii.cum sirupo pomorū dulciū. ℂ Ad tipū febriū et rigorē Recipe radicē lilii et cinamomi pollipodii ana partē.i. ziziberis partē semis conficiatur cū oleo balsami uel fisticorū et detur ante periodū mechal .i. se/ mis cū aqua calida. ℂ Ad dolorē renū: et retētionē humorū in eis. Recipe mirte amomi granorū fisticorū ana partē.i.cinamomi ad pondus omniū cōficiantur cū melle de cog. detur mechal i.semis cū sirupo zuchariuo de radicibus. ℂ Suffumigium ad catarrū calidū. Recipe rox. mechal.x. faufel sandalorū alborū ligni al. ana mechal.ii.musci dauich.i.camphore dauic.ii.conficiatur cū aqua rox. in qua fuerit dissolutū mechal.i.anidi. et fiāt trocisci ex quibꝫ suffumiget patiēs. ℂ Aliud ad catarrū frigi/ dū. Recipe rox. sandalis albi turis ana mechal.i.ligni aloes mechal.ii.costi mechal semis dauic.ii.cōficiantur cū suco amigdo/ larū dulciū et cū storace malassentur fiāt trocisci parui cū quibꝫ suffumigatio fiat. ℂ Suffumigiū cōtra pestilentias. Recipe bedegart sādalos cū flore mirti ana mechal.i.ligni maiorane sem. gemise ciperi gar. ziziber. almusci boni ana mechal semis fu. dauic.ii.conficiant cū aqua ros. in qua dissoluta fuerit storacis ambre ana mechal semis. ℂ Medicina paralisi conferēs expta Recipe castorei ziziberis costi dulcis cog. acori bacharū lauri ana mechal.iii.musci mechal semis terrant et inuoluantur i oleo alcheiri al. et cōficiātur cū melle albo claro det ad magnitudinē nucis. ℂ Et ad paralisim calidā. Recipe lac ouiū nouarū sanarū qd in olla lipida ponat et misceatur cū eo oleū nenufaris: et cu/ curbitarū dulciū ana lb.i. coquantur ad ignē leuē donec oleum

cōsumetur et misceatur cū eo.lb.i.zuchari tetaniabin albi et co
quatur quousq; ad coagulationem pueniat: et egro administret
quousq; sanitati integre sit restitutus. Et in babico frigidas her/
bas habente ponatur: et oleis frigidis inungatur. ℂ Ad sputū
sanguinis quod ex apostemate stomaci: uel intestinorum accidit
Recipe bedegar: suchaa.i.sapia alba capillus ueneri.semis me
mithe rox. aña. ʒ.ii. charabe boliarmeni. floris squināti rarsesa
chan rasine amigd. ana. ʒ.ii. farine arnuclinū ad pōdus omniū
cōficiātur cū melle masticis detur ad quātitaté auellane. Ad ue/
nena Recipe amomi aristologie rotunde baccarū lauri resine ru
the ana mechal.i.semis et inungatur cum oleo nuc.et conficiāt
ex melle ficuū: et sumat quottidie ad magnitudiné nuc. ℂ Ad
tussim. Recipe suci liqricie cog. seminis cucurbite dragagāti al/
bi ana mechal.ii.m.penidiorō. ad pōdus omniū cōficiātur cū ℥
i.muscilaginis semis citoniorū facta i aqua rox.et. ℥ii. mellis
iuiubarum. ℂ Medicina ad fluxū expta. Recipe gale saufel: i: a
uellana ida: se. acetox. farine glādiū: ana. Cōficiātur cum melle
uel cū diacitoniton acri. et administret. ℂ Medicina cōferés epi
licis extrahés putrediné a corpore. Recipe ellebori: cācar.i. cata
pucie suci maiorane: endiuie ana lib.i. suci sticados. suci spine
masculi: al. et rubei: pomorū dulc. ana lib. semis. Postquā bu/
lierint et collata fuerint et apposuerint ēdiuie polipodi: sene: ari/
stologie ro. pistate omniū ana parté unā: buliat totum in aqua p
dicta: et misce suci malorū granatorū et mell. cassie.f. et penidio
rū ana partes equales fumét usq; quo fiat sirupus et apponatur
musti ambre ana mechal semis et ab igne remoueatur dos.iii. ps
lib. cum equali pondere suci fumiterre: et si nō possit bibere cū
hoc suco detur cum aqua frigida.

ℂ Gargarisma apostema gule remouens et dolores: et facit an/
helitum habilem. Recipe de rob prunorum cōfectorū cum uino
mirtino et diamoron et mell. ficuum confecti cū teraniabin ana
partes equales: soluatur in eis et quarta pars aluminis iameni
et mell. cassie.f. et medietas partis unius fiat gargarisma: detur
ex eo uncia media et tantundé acetositatis citri collate.

ℂ Medicina mirabilis experta ad coitum. Recipe prunorum
pinee maioris infuse per diem et noctem lib.i. et molantur in la

pide molendini. Et accipe cinamomi: seminis eruce pastinace: rape mulge: stipitũ: palme uiridis: nõ ut que comedũtur et ligue auis: et granorũ zelei et secacul et buhumen: costi dulcis zinzi beris renũ passerũ cohire desiderantiũ: omniũ ana. ʒ. iii. penidi orũ bonorũ. ʒ. xxx. terantur bene et conficiantur ad ignẽ et mi sceaut cũ melle de satirion: et cũ tantũdẽ mellis albi et miscean tur cũ eis relique medicine usq; quo fiat res electuario similis. et misceatur mirti et ambre ana. ʒ. i. et remoueatur ab igne. Si quis calide cõplexionis fuerit detur ad magnitudinẽ auellane. Si frigide in duplo cũ sirupo mellis muscati: uel cũ uino calido odorifero. ¶ Alcohol eradicans albedinẽ in oculo existentem Recipe succi rubi albi mada clux ana lib. semis misceantur cũ eis mirobolanorũ ana. ʒ. iiii. et fiat puluis subtilissimus et sciaſ ꝙ hoc ẽ ultimũ in albedinẽ eradicandam. ¶ Aliud ad pruritũ oculorum et scabiẽ et pãnũ et amissionẽ uisus. Recipe granorũ paruorũ malorũ granatorũ uiridiũ florũ cotani mulni boliarme ni se. rox. ana. ʒ. ii. separatim ꝑ se pistrent et accipe lapidem tel neg: et tutie ana. ʒ. i. et semis limature auri posite in aqua rosa rũ ꝑ duas ebdomadas: et ter in die mixte et exacute et pistate cõ ueniens sit: et misceatur cũ reliquis medicinis et ponantur om nia in acetositate citri acris et misceantur cum muscilagine cito niorum et aqua rosarum: et misceatur sic tribus diebus: deinde teratur optime et ad umbrã exsiccetur: et misceatur musti rubei dauic. i. et seminis plantaginis optime triti. ʒ. semis administrẽ tur. ¶ Aliud conferẽs descensui aque uisum augumentans et confortans. Recipe mirobolanorum. ʒ. i. nucleorũ tamarindi. ʒ. semis. sarcocolle mechal. i. lapidis lazuli. ʒ. i. aloes dauich. fiat puluis subtilissimus et ponatur in equalibꝫ ponderibus mi rabolanorũ chebulorum: et mellis malorum dulcium granatorũ cum tribus libris suci endiuie et in tanto suci plantaginis. post quam omnia bulierint et collata fuerint misceatur puluis predi ctus cum sucis nominatis: demum exsicetur et in eisdem mellis ponderibus iterum ponatur: et sucorum et predicta multa im bibitio ẽ secunda cum aqua rosarum temperentur: ad ignẽ po nantur lenem: quousque misceantur et bulliant: In quibus puluis iacinti rubei optime pistati ponatur. ʒ. semis.

musci optimi dauich. ii. deinde ab igne remoneat' et i uitro cō ſ'
ſeruet'; et adminiſtret' ſtomaco: uel ciborū digeſtiōe celebrata.
Liber tertius de caſibus qui ipſi raſi acciderunt.

In parte mei temporis in philoſophia et medicia ſtudens multum uigilaui noctibus: et ſomnū m amiſi: et feci res que mihi non ualuerūt: et nihil inueni quod tantum conferret quam oleum ne/nufaris: quod in naſum trahēdo aerem proieci et lactuce quaſ coctas et crudas comedebam. Viſus tamen debilitatem et mino rationem coitus in me generauerunt: et non inueni quod con ferret tantum mihi quantum paſſerum cōmeſtio et ipſorū bro dium cum ouis et almuri et cinamomo et pipere et pulorū colū barum preparatorum et i melius memoria fuit optime reſtituta. Ad hoc oleum feci quo nullum melius inuenitur. Recipe olei granorum pinee olei albi: olei alcheiri olei pomorum dulcium ana partem unam felium paſſerū cū uolūtatē habent coeundi: partē mediā ſeminis alcheiri palidi me chal. ii. buliant omnia ad ignem leuem. Cui ab igne remouendo muſti mechal ſemis miſceatur: cū quo genitalia et pectus poſt balneum ungantur prouocat uirtutem et delectationem uigorat.

Aliud in ciuitate zelergebani: et quidem uir deſideria habens ſine cauſa et timorem et cordis tremorem acceſſit ad me. Nam inter medicinas nihil inueni tantum contuliſſe: quantū carnes accipitris cocte cum ſuco maiorane: et uinum album ſubtile et iunxi corpus eius oleis odoriferis et reſtitutus eſt ſanitati pr/ſus.

Contingens aliud non habent antiqui debiles et ethici et ca/rentes ſanitate rem que magis eis proficiat quam auium come ſtio et turture pullorum columbarum paſſerum in uino odori/fero coctorum et uinum bonum bibere.

Contingens aliud res albomet hali filiuſ extraxit ſāguinem in quantitate nimia et erat tempore autumni et bibit uinum: et poſt ſomnum ſanguis exiuit ad quantitatem trium librarū ad quem de nocte fui uocatus: et cum ſincopiſantem inueni et ocu li eius propter extaſim leuabantur in ocultum. Et tunc ego precepi mihi afferri quinque pullos columbarum albarū quos

precepi optime preparari et membra pre se separari feci: et in quattuor libris uini odoriferi eas coxi: quousq; carnes ab ossibus segregate fuerant et multum in decoctione posui de gariofilis et cinamono: quam decoctionem colaui postmodum et eã posui in uase rostrum habente et regi ad bibendum ministraui et ante solis ortum loqui icepit quam decoctionem triginta diebus sumpsit et uirtus eius ad eum reuersa est et sanguis in eo fuit optime restauratus.

Contingens aliud. Casus accidit errifiden iregi silicet iuxta cerebrum apostema: et cognoscebat me et uenerabatur: extraxi ei sanguinis lib. iii. usque quo sincopizauit sincopi timorosa: et postmodum cogitare cepi: et inunxi corpus eius ex algalia et ex ea posui ad nares: et lb. i uini odoriferi tẽpaui cũ equali pódere sui ex iure pullorũ galliarũ et collũborũ i quo muscũ posuerãet hoc i os eius misi succesie. et cũ a sicopi fuit liberatꝰ seruientes eius plorare ceperũt. Et quidã ex eis obliquo me respiciẽtes uultu: in mortem meam conspirauerant. Cũ uero rex itegre restitutus esset mihi dixit quod dum in sincopi perueniebat de egritudine sua non dolebat quamplurimum: sed tota itentõ sua circa me uersabatur timens ne astantes mihi mortem inferrent. Credebat enim quod ego ipsi hanc non adiberẽ curam nisi esse crederem salubrem precepit igitur mihi ut nũquã eũ corã aliquibus minui facerem nisi fortasse femine sole astarẽt. Et scias quod iste rex a magno birse euasit hac egritudine.

Contingens aliud de fluxu diuturno. quidam amicus meus i medicina parum instructus a fluxu longo uexatus fuerat tempore cui plures res etiam ostendi. Et dixit tandem mihi quod nihil proficiebant. Vnde ut curam egritudinis certificarem p unam noctem secum mansi: et cognoui quia post somnum fortius uexabatur a fluxu: et perpendi causam egritudinis esse humorem calidum et acutum a cerebro cadentem qui quidẽ cum in stomaco ueniebat fluere cogebat. Cum uero patiens excitabatur fluxu carebat et sputum assiduum habebat precepi ergo ei ut caput radẽret et ut ipsũ cũ sinapi et musto fricaret fortiter et sãitati fuit postmodũ restitutus: nũq; capitis ei tediũ fiebat

Apoplesia accidit regi hamech filio hali et i principio curā cóue niété nó habuit: sed dimiserūt eū sicut erat: et nullus ex eius ma gistris ei aliud pcepit fieri nisi inūgi corpus reba odoriferis et subfumigari: quod sufficiés ei nó credidi. sed feci uétosā collo eius apponi: et uelociter ab illa egritudine exiuit: et ē res in qua confidētia esse debet. Quod si homini qui feminee cóplexionis nó sit et sit mollis corporis hec euenerit egritudo in collo ut pdi ximus uétosetur. Et nihil ex eis que alii preceperunt facere uo lui: sed in nasū eius oleū nenufarinū proieci. Apditione multo rū multos euadere feci qui siccitate et ardore stomaci uexabāt cū ellectuario nenufarino et sirupo eiusdē: quibus ad potandū dedi uinum album limphatū cū aqua niuis téperatū. Et faciebā eos comedere pullos pingues in quorū decoctionibus mugila gines seminis citoniorum ponebam et oleum nenufaris.

Quidā amicus meus bone rōis q mecū i libris Gal. studebat ar dorem patiebatur in stomaco qui ardor augumétabatur āplius cū cibaria a stomaco recedebant: docui autem eū res quas facer ret: et dixit mihi iam eas fecisse et precepi ut reciperet. iii. ʒ zu chari roxati: et tantumdé zuchari uiolati et precepi hec optime pmisceri quibus mechal: semis ambre apposui: et. ʒ olei nenufa ris et electuariū in eo comiscui et eo fuit usus et ab egritudine euasit iussu dei.

Contingens aliud curaui quamplures a febribusa sole proueni entibus cū balneis temperatis et cū aqua frigida que adeo erat frigida quod patiens ex ea terrorem habebat.

Contingens aliud. curaui homines ab occultis mortiferis febri bus cū rob fructuū laxatiuorū: et cum bonis odoribus frigidis et cū rebus tépatis: et infrigidaui eos et humefeci: quod si hec nó adhiberetur cura patiens succumberet.

Alíud cōtingens. alicui homini in estate tempore crisis accidit: quod cū intus aggrederetur febris eū occulta multum inuasit: et caliditas in ipo fuit augumétata: et color eius incepit rubeus fieri: et cóplexio ipsius mutata fuit: et egritudo eius augumenta ta ē: et spiritus ipsius erat ualde calidus ad modū ignis et perpē di in ipso signa fluxus sanguinis: et tremoré cordis habebat.

Et perpendi uel fluxum sanguinis pateretur uel cū fluxus inua
deret: expectaui igitur per unam horā uel duas credēs cū aliquē
fluxū habiturū et nihil ei accidebat: precepi ei nares fricare for
titer et non exiuit sanguis: et caliditas et impatientia: et dolores
in ipo ceperunt augumentari. Dedi ergo ei decem lb. aque frigi
de: et calor est tēperatus: et urinā fecit in quātite nimia: et febris
eius minui incepit: durauit tamē in eo febris quadraginta dieb9
Et seruū quēdā quia nullus ei aquā porrexit sicut porrecta fuit
domino propter intētionē quā erga deū habebant. Et seruus an
te horam uespertinā decessit: et casus in mane acciderat.

Liber quartus de dietis medicinis et cibariis

Omne cibarium ex animalibus uel ex nascentibus
non euadit quin aliquid utilitatis uel corruptio
nis habeat. Et naturales philosophi secreta eorū
in uestigauere quamplurimum et non attigerūt
aliquid nisi debili inuestigatione quo ad ueritatē
Et scientes in hac re uerbum stabile debēt ꝓponere. Et ego qui
dem sicut et philosophi cōsulo: ut ex his rebus minus quam un
quam poterit accipiat. Et consulo ut ex eis quis utatur quibus
cōplexioni sue dissonantia non existat. Et hoc antiqui laudaue
runt sine hoc quod secreta sua detegerent. ¶ Et scias quod om
ne quod occultam habet uirtutem aliquid forte in corpore uel
utilitatis uel corruptionis operatur: et ex quibuscunque uti nō
debet. Et ex his ocultis nesciunt homines neque intelligunt ne
que etiam possunt nominare. Intellectus enim eorum ocultus.
Sed dieta et medicatio d̄ re subtili spirituali debet fieri qa odor
et odoris uapor ostendit absque his per q̄ comestionem et potū
noscuntur. Et ob hoc consulo ut ex medicinis quis minus acci
piat. Et ego detexi hic ueritatem Experta enim sunt ea que i hoc
loquendi methodo apposui in hoc meo libro: quem equidem ad
humanam utilitatem cōposui qui inter alias dignior existit. Et
ideo ciborum et medicinarū uirtutes iqsiui āplius i hoc uerbo
ut maiorem possent homines utilitatē habere et nos hic uerbo
rum multitudinem abici

mus et multa relinquimus propterea ꝙ homini esset difficile in telligere: et ob hoc librũ nostrũ laudamus quia continet ueritaté. ℭ Si ex rebus uiuentibus quis utetur recentibus cũ suo sã guine maior et uelocior ad utilitaté fertur dieta: q̃ qui rebus sub tilibus uti uoluerit et calidis: sed tamen ad hoc accedere nó poterit propter suã complexioné et necessitaté et propter cósuetudiné nó excusatur quin spectet et abstineat tépore mortis ipsorum uirtus frangatur que fortasse per unũ dié debet dimitti: et sic cõ uenientia ipsorũ melior est. ℭ Et reges eligerũt acquilas et accipitres: lupos et canes et reliqua rapientia ad hoc uidelicet ut nó tantũ delectentur: uerũ etiã utilitaté ex captione habeant et salu té: et ut ipsorũ carnes que dure sunt p motũ frangantur: et etiã quia mors eorũ existit proxima. Et ob hoc naturales preceperũt ut cũ ex his rebus quis uti debeat prius uirtus carnis eorũ debilitetur p motũ. Et si prius hoc eis uiuétibꝫ factũ fuerit: et postea interfecte fuerint carnes ipsarum habiliores fient. Etiã dixit. ii. .p. ex eis que carnes habiles ad comedédũ faciunt est artum uel nitrũ: uel nitri frustra uel rami ficuum: hec enim omnia aperte preparant: et ex hoc precipimus ut coclearia ex ficubus fiãt: hec enim coclearia carnes reddunt habiles: et in libro coquinarum cagizen abusamen: dixit Iohemor cum corpora non nisi per cibaria degant et uegetantur: deberent reges inuestigare res que appetitum prouocarent et sufficienter comederent ex rebus uiuis. et debent res diuersas comedere cũ rebus saporiferis et boni odoris et bonas debent ollas habere: et coquinarius eorũ debet esse medicus.

ℭ Sermo in rebus que electe sunt ex rebus uiuentibus quadrupedibus et auibus: et ex domesticis et ex mótanis melior ex carnibus pilos habentibus: saporosior et aptior et temperatior é cũ aceto et agresta. Et ex eis que coquuntur et assantur ad prunas. Et assate ad prunas ponderosiores sed almuri eos preparat. Sed a capitibus homies precauere debent et a caudis: philosophi .n. dixerunt ꝙ carnes pilose uenena non euadunt natuliter et maxime capita eorum et caude: et io comedi non debent.

¶ Melior ex carnibus montanis et absq nocumēto minori: et absq uentositate. Caro gazelis et caprioli existit. Parum tamē est sicca cuius siccitas cū oleis humidis remouetur et in come-stione eius uirtus accidit mirabilis. Prodest paralisi frigide: et interiora ipsius comedere est austerū: tenasmū enim generat. et pedes eorū assidue comedere hoc idē efficit ppter supfluā siccita-tē: et hec mēbra comedi nō dbēt. ¶ Caro edinaē frigida et hu-mida mirabilis: sed in ea odor existit: et ideo comedi debent edi nō magni: et apti sunt ad salutis custodiam. ¶ Arietina caro bona est: cū nō est antiqua euasit maliciā eius cui iā cornu cre-uit. Cum enim cornu ipius nascitur humiditatē amittit: et me-dulla ipsius usui nō est apta: pprietate enim habēt obliuionē fa-cere: aries temperatus ē in estate. Temperatior enim calidior ē et in estatis tēpore usus ex eo nō ē conueniens. ex calore enim superfluo inaniā facit: et assati maxime: et in omni re alia eua-dit maliciam. ¶ Pulli gallinarū tēperati ad frigiditatē decliues parūper: digeruntur uelociter usui conuenientes: sperma augu-mentantes et sanguinē. Et Arist. philosophus dixit habent uir-tutem calorē inatum uigorandi. ¶ Galline que nimiū nō sunt antique nec nimium pingues mirabilis cibus existit: et tempera-tiores aliis existunt: et pullis approximāt: et earum medulle uir-tutem habent generandi uertiginē: et dixerunt philosophi q ea-rum axūgie inter ceteras obtinent principatū: in mollificando duriciē: quod axūgie anserū efficiunt: et galinas comedere ge-nerat lūbricos.

¶ Galli ueteres usui nō conuenientes humiditate priuati sunt et cum ad assellandū dantur dubium ē. Nitrositas enim que in eis existit putredinem generat. Et dixit Gali. in libro suo secre-torū q ossa gallorum subeth efficiunt ppter proprietatem cum comeduntur uel excitantur: et melius est ut dimittantur.

¶ Pulli columbarū cibus mirabilis ad caliditatem declinans: et philosophi dixerūt q in eis est uirtus mirabilis: et precepe-rūt q hi qui parū habent sanguinis: et quibus deficiunt uirtu-tes: et calor innatus debent eos comedere: et ex proprietate do-lore renum conferunt sanguinem colant corruptum. Et he due

res sunt mirabiles: Et habét ꝓprietaté egritudiné capitis croi
nicá generádi: quare capita eorũ cum interficiuntur auferri de
bent: ut eorum malitia reprimatur. ℂ Perdices cibus bo
nus ad frigiditatem et siccitaté tédétes. Ius earũ boni odoris et
boni saporis naturaliter téperatũ: et ad comedendũ sunt apte:
quãdo cũ oleribus comedũtur: silicet cũ rapistro yameni. Et eo
rũ uirtus mirabilis quá dixerũt philosophi é qđ humiditaté ex
siccant stomaci et putredinem extrahũt et scilicet hoc nõ é dubi
taţó: maxime tamé si cũ suco pomorũ dulciũ exquoquát. Et sic
cocte euadũt malitiá: et earũ uirtus secunda est retentiuá cófor
tare uirtuté. ℂ Fasianus cibus couenięns laudabilis subtilis
pullis affinis quo ad esũ: ethicos cófortát qui ab egritudinibus
ethici fiunt. Et habent proprietatem uigorádi uirtutes que di/
gerũt. humores corruptos in stomaco reparát. ℂ Alchadareg
bonos efficit humores: et est conueniens cibus et subtilis: et est
calidior aliis auibus et caliditati innate affinis exisrit. Et mala
acetosa et coctana: et mala granata acria et citri quodcũq; ipso/
rum cũ ipso miscetur ipsius caliditatem reprimit: et ha bet pro
prietaté augumétádi itellectũ: et remouet damnũ quod medulla
arietum operatur. ℂ Areching: facilius a stomaco uincit quã
alie aues que sunt post alchadareg: sed sunt humidiores in au
tum no: quare uirtus in ipsa cognita est que sunt apposite cum
comesta fuerit. ℂ Anates proprietaté habent soluendi humo/
res in intestinis et purgant ea. Eorũ epata ꝓprietaté habent pri
uan di fluxũ exdebilitate epatis accidentem ℂ Turtures cibo
co nueniens bonos efficit humores caliditati attinent: et confe/
runt plus post pulos columbarum: et habent uirtutem mirabi/
lem et augumentant sanguinem in omnibus in quibus est pau
cus. Et dixit philosophus proprietate uigorant uirtutem reten
tiuam et in hoc maxime preualent. ℂ Atleiar et dicitur quod
sit merulus auis humida laudata bonos efficiens humores cito
digeritu r: et dicit cratem spintalis i libro suo quem composuit
quod est melior cibus conuenientior eis inquibus melancolia
incipit generari.

ℂ Alchenebit idest columbus similiter leuis est cibus et sub
tilis: et habet proprietaté ad fluxũ: et ius ipsius preparat humo

res: et eos facit habiles ad soluendum: et est laudabilis eis qui ex egritudine deficiunt: et hoc dixit philosophus: quod carnes eius habent proprietatem remouendi tenasmum.

¶ Lac a quo butirũ non ẽ tractum: et maxime recens et butirum crudum intestina humefaciunt et lubricant: et ea ledunt. lac coleram icendit et ardorem: recens somnum prouocat et uigore calidi atem innatam.

¶ Oua meliora sũt oua galinarũ earum que cum gallis uiuũt et dixit arzicon: quod oua galinarum uirtutem augumẽtant: et maxime in uirtute coeundi: humectant: et ethicis conferunt et sanis hominibus.

¶ Pisces meliores sunt fluuiales et marini sunt illi qui habent asperã cutem: et non sunt muscilaginosi: et naturaliter albi sũt admodum argenti. Et pisces nigri et rubei in quibus sũt pẽne diuerse: et qui habent colorem pauonis: et ĩ quibus macule sũt nigre: et palide: naturaliter mali sunt: et ab eis est cauendum Apostema enim generant in membris anterioribus et in testinis: et puncturas et orripilationem generant: nocumentum uisui inferunt: malum sanguinem generant: et frigidos naturaliter humectant.

¶ Olera humores humectant non sunt cibus conueniens: et melior eis est endiuia et acetosa: arcula et rapistrum et colus iamenum et lactuce: et eorum comestio uisum debilitat et calorem innatum.

¶ Cucurbita si ex eis nimis comedatur teasmũ generat: sed si aceto et alii preparetur melioratur.

¶ Lenticule habẽt uirtutẽ cancrum generãdi humido stomaco cõferunt cũ nimium cocte fuerint: et confecte fuerint cum oleo amigdalarum uirtutem expulsiuam confortant.

¶ Napi bonum uisum efficiunt: et sunt cibus conueniens.

¶ Rafani et eorum stipites in stomaco durant quamplurimũ caput replent gutturi uero conferunt. ¶ Preparationes. Piper urinam preparat: zinziber uentrem humectat: Galanga stomacum confortat: aracos frigiditati et retentioni urine confert. Cinamomũ uirtutem habet bonum faciendi odorem

et bonũ saporẽ et cõfortat cor: et addit i spma. ¶ Granata fabarũ coctarũ remouẽt calorẽ gutturis et remouẽt dãnũ quod tubera et pãis azimus faciũt et cõferũt tussi ¶ Circera bonã faciũt urinã: et bonũ colorem: sed maxime si cum carnibus comedun tur et cum cinamomo quãplurimum.

¶ Ficus cũ comedunt recentes putredinem remouent: et dixit grati quod ficus putredinẽ efficiunt et non debent comedi propter lactis sui uenenositatem. ¶ Vue albe subtiles leues cũ cortex eis remouet extremitatibus conferunt et addunt i spermate ¶ Pira appetitũ non uerum remouent: et intestinis nocẽt: et maxime longo et tenasmum efficiunt. ¶ Pruna colerã remouẽt et eã expellũt maxie pruna palida ¶ Mala usus eorũ stomaco nocet: et maxime usus recẽtium que cito nascũtur: et ea que in estate nascuntur: et in autumno orificium confortant stomaci et ipsum uirogant: et acetosa acria obliuionem efficiunt.

¶ Coctanum stomacum confortat: et epar: et usus eius putredinem in intestinis generat.

¶ Persica febribus urentibus conferũt in principio: et sucus eorum in fine facit febres putridas si materiam habilẽ ad excũdum nõ inuenerit. ¶ Iuiube ardorem sanguinis extingũt: colerã expellunt: humiditates temperant: et maxime recentes et mature: et dicit Cratim ꝙ est mirabilis eorum natura.

¶ Citrum fore numero ipsum inter herbas et flores boni odoris. et habet uirtutem eius et cortex remouẽdi uenenum et confortant cor. ¶ Cucumer frigidus bonus stomaco: meliores saraceni quã gallici proprietatem habent remouendi coleram.

¶ Mala granata dulcia: leuia bonos humores generant: expellunt humores putridos ab orificio mouent appetitum comedendi. et eorum accetosa stomaco nociua sunt ex proprietate.

¶ Nuces et auellane male stomaco et epati humores malos efficiunt in ieiuno.

¶ Fistici proprietatem habent cõfortandi epar humores grossos expellũt. et ex philosophis sunt qui dicũt ꝙ quãdo cũ musto sumpti fuerint humores a uenis expellunt.

¶ Grana pinee calida et humida sunt: opilationes uenarũ aperiunt in pectore: et uesica et renibus: et habent uirtutem mira

bilem. Inquit cratim et concessit Ar. quod grana pinee humidi tatem antiquam expellunt: et promouent humiditatē naturalem et hec est uirtus mirabilis.

¶ Vue passe habent uirtutem cognitam secundū doctores na/ turales: quod prosunt ęgritudinibus intestinorum cum comeste fuerint: et intestina impinguant: et epar debile.

¶ He sūt medicie: salue cognite: mirobolāi citrini: chebuli: be lerici: emblici: fudi berberū: reubarbarū: draganti: gummi ara/ bicum: aloes: acatia: cassia fistula: Terraniabin: cinamomū: amo mum: squinantum: calamus aromaticus: costus: darsesaban: tra lacta: mastix: sandaraca: charabe: lignum aloes: muscus: cāpho/ ra: ambra: gariofili: sandali: spodiū: fausel: carui: nanoti: sethet: nux muscata: bolus armenus: neichabeni: lapides ferri: ruzu/ bet bezari: thenet: lapis lazuli: lapis iacintus.

¶ Sisimbriū: menta: almarda: dux. fumus terre: fenigemisch: selent: lilium album: liliū cel. nenufar celeste: et palliodiū: alio/ thinū: rose: uiole: uirgeris: ladion idest oculus bouis. uirga pa/ storis: iusquiamus. Iste sunt tres res medicinarum: in quibꝫ nō euenit tumor. Et si cum cera uel sepo uel zucharo misceantur ra ro uel nunquā egro lesionem efficiunt magnam. Nunquā enim uidi uel audiui quod aliquis qui his rebus medicaretur magnā lesionē inferret egris. Sed res que cognite nō sūt quas qs uult experiri audaciter cum eis medicari non debet. Et quando ali quis in antitodariis confectiones inuenit: cum eis medicet cum rebus inuentis et cognitis: et in cibariis sic faciat: et cum doctor hoc faciat fortunabitur in suis operibus et habebit complement tum rationis: et omnia que natura humana abhorret et timet om nino dimittat. Et deum exoro ut sup his mihi tribuat adiutoriū.

¶ Liber quintus de uerbis hypocratis.

Ntroitus ad tractatum quintum in salute que no/ bis accidit: propter uerbū ypocratis. Inquit abu/ bert medicia tota est dei. et res uenerabilis. Et gra tes deo reddimus eo quod nos fecit aptos in ea ut ueneratores ipsius: et custoditores ipsius: et fecit nos imunes a scientiis uilibus: et fecit rusticos remotos ab ea propter longitu

dinem temporum et dierum. Et quia quisitores scientie et translatores pauci inueniuntur: et etiã quia illa angusta: et etiam illi qui scientiam habent apud se enim amplius augumentant eam respectu sui quam respectu amicorũ suorũ. Et deo grates reddimus: et laudes ei referimꝰ et exoramus ut nobis scientiam augumentet et ipse dominus diues magnus preter quẽ non est alius.

¶ Inquit ypocras cum in die sexta acute egritudinis apparuerit apostema magnum uel liuidum post aurem: in decimoseptio die patiens moritur.

¶ Cui in iuncturis nascit᷑ apostema: et habet timorẽ et scabiẽ in pedibus ab egritudine usq; ad mẽsem unũ euadet.

¶ Quando in naribus apostema natũ fuerit ad lenticule similitudinẽ et est uiride uel nigrum moritur homo usq; ad annum.

¶ Qui dolorẽ in ypocondriis habuerit: et maxime sinistra: et iflatio fuerit manifesta et cito consumitur: moritur usque ad tertium diem.

¶ Cũ alicui ycterícia supuenerit et uniuersaliter corpus occupauerit: purgetur cũ aqua alacacule et fumiterre: et ponatur supinus. et bibat uinum temperatum.

¶ Cui apostema apparuerit nigrũ uel liuidum in digito pedis magni sinistri similiter scias esse apostema. et si anteriores fuerint infra tres dies aut septem moritur.

¶ Si in corpore hominis fuerit alchasar id est bertoga et sunt apostemata parua minuta rubea que de facili resoluuntur: dicatis ei quod habebit egritudinẽ leonis: et cũ apostema nigrum apparuerit in lingua patientis febrẽ continuam in die non cretica: dicatis quod moritur. et est signũ ꝓnosticũ qđ memoriã amittit.

¶ Corporis dolor et cordis tremor cũ quis a somno surgit repletionẽ humorũ in corpe signat: et est signũ pronosticum mortis subitanee.

¶ Cui intra oculũ apparuerit apostema ad auellane magnitudinẽ et dolorẽ nõ sentit nec pódus usq; ad triginta dies morit᷑.

¶ Qui i somno multa loquit᷑ apostema habebit. Cui dolor cũ inpedibus euenerit usque ad mẽses quatuor non moritur.

¶ Si in febribꝰ nõ adurẽtibus qs sitim nõ patiat᷑ et pedes eius frigidi extiterint et oris habuerit amaritudinẽ infra. xx. dies mo

ritur. ℭ Cui in pricipio nasi apostema nigrū apparuerit uel acciderit cū forti dolore uelociter ante duos menses moritur.
ℭ Qui uelociter olfatū amisit absq; catarro hēbit febrem.
ℭ Cui dolor in genibus acciderit: et lassitudo cum surgere noluerit dolor fortis fuerit paralisi capieť. ℭ Dolor iuncturarū sine causa paruā uitā pronosticat. ℭ Cui in aucha apostema calidū nimio ardore euenerit usque ad septē mēses moriť.
ℭ Cui i digito magno pedis dextri apostema apparuerit ad nucis similitudinē fedū tam in colore quā uisu: et cū ardore nimio fuerit usque ad annū moriť. ℭ Lingue grauitas si iuueni acciderit post ipsius humiditatē mortē pnosticat subitaneam.
ℭ Cui apostema in molitie auris euenerit cū forti dolore usq; ad tres menses moritur.
ℭ Cui febres quartane acciderint et fluxū sanguinis ex naribus passus fuerit in die nō cretica: ante tres dies moritur.
ℭ Cui in palma dolor cū ardore usque ad octo mēses moriť.
ℭ Qui cū oculis apertis dormit epilensiā habebit. ℭ Qui a somno territus surrexerit: et hoc multū ei accidit: uel moriť uel pecuniam amittit. ℭ Qui manus suas mouerit quasi aliquid accepturus: et mortui ei apparuerint infra dies .xv. moritur.
ℭ Qui post septimanā primā febrem habuerit: feceritque res quas nō cōsueuit: sicut si detexerit uel uentositatem emiserit uel uerba enormia dixerit sine dubio morietur. ℭ Qui in aliqua egritudine memoriā amiserit habet signū mali pronostici.
ℭ Cui in corpe serpigo liuida cū ardore nimio acciderit: et serpigo cui coloris ad pruritū corruit usq; ad sex mēses moritur.
ℭ Cui apostema nigrū liuidū uel rubeū euenerit morieť maxime si egritudinē acutā passus est. ℭ Cui facies torta fuerit: et febrē acutā habuerit cito morietur. ℭ Cui articuli cito mortui fuerint: cito rationē amittit. ℭ Qui appetitū habuit supfluū: et in horis qbus comedere cōsueuit humores uenenosos habuit in stomaco et si augumētati fuerint moriť. ℭ Qui auditum amiserit supflue: surdus ē effectus. ℭ Qui studere cōtra uolūtatē sui uoluerit: et i studio nō delectať: uel somnū uel rōem amittet: uel melancoliā habebit. ℭ Qui cibaria appetierit: q̄ in stomaco corrūpuntur principalia mēbra habebit debilia.

¶ Sitim superflue qui sustinet homo é nature sustinibilis.
¶ Famé sustinere non est signum bonum fortitudinis nature.
¶ Qui naturā habet debilem in acquirendis rebus altis et magnis moritur.
¶ Corporis ponderositas propter cibaria cibos superfluos et potum superfluum sumit.
¶ Crudelitas male intelligentes generat habiles.
¶ Temperantia saluos et saluandos generat.
¶ Liber sextus de scientiis et intellectibus sine quibus rectus medicus esse non potest.

I Nquit abuberth res in medicina expertas non potest quilibet homo intelligere alias attigere.
¶ Operari cum fiducia que in libris repitur absque sapientia doctoris res est casualis. Complexio boni ingenii hominis in opere medicine: et philosophice et cogitatiue preualet.
¶ Quamplures doctorū libros legere: et secreta eorū inspicere nimiū ɔfert: quilibet eni philosophus aliqd habet sibi ɔuenietés.
¶ Farchi tempus paruum est in cognitione herbe cuiuslibet et terre nascentibus. sed cognitis est utendum ex quibus copia haberi potest. et quas non es expertus dimittas.
¶ Non sunt culpandi doctores antiqui. eo quod de rebus altioribus sunt locuti. et eorum facta dubitanda nó sunt. et in his dubitandum non est. quamuis causam factorum non ostendissent. Res enim rationabiles sunt de quibus locuti sunt philosophi. homínis natura nó euadit errorē maxie i rebus difficilibus.
¶ Qui ex sciētia naturali et philosophia adiutus nó fuerit nec ex canonibus logice. neque ex orizontibus sapiētie. et in rebus secularibꝫ delectat᷑. dubitabilis debet ēe maxie i sciētia medicie.
¶ Cū Galienus et Aristoteles fortasse in re aliqua nó concordarent. graue est eorū rationem concordare.
¶ Bestie frigide et humide cibus earū calide et humide res.
¶ Temperantia rationum earum est cognitio.
¶ Virtus spiritualis. et uirtus naturalis. et uirtus animalis nó solū in libro nostro sunt diuerse: uerū etiam in intellectu.
¶ Queadmodū in moribus et faciebꝫ et mébris hoies patribus

et auis similes existunt: ita etiam in antiquis egritudinibus here dитantur: et maxime in egritudinibus membrorū principalium.

℃ Cū infirmū curaueris cum rebus ad temperantiam pertinentibus cura: et cū odoriferis cū potueris cum his egritudiné uince: et hoc est rationale.

℃ Ligamentū spūs cū corpe cū est debile caueas ne cū fortibꝫ medicinis destruas. ℃ Spūs uitalis fit destructio: cū ꝓpter egritudiné membrorū non principaliū medicina quis utitur uiolenta principalia mébra resoluēs: et cóplexioné eorū destruens.

℃ Cibaria cóforrantia odoris boni temperantie affinia uirtutem naturalé conseruant et mébra principalia confortant.

℃ Cum egrū curas uirtuté naturalé uigora: si eni uigoraueris eam: egritudines quā plures remoues. Si uero eā dimiseris medicinis quibus uteris eam destruis. ℃ Epar et stomacus medicinas citius rapiunt naturaliter et cibaria: et si res incóuenientes recipiunt patiuntur. ℃ Dolores acuti calidi uelocius frigidis corrumpuntur propter caloris acumen.

℃ Quando corpus egritudine inuasum fuerit nō curetur cum rebus principalia mébra ledentibus: et si feceris nocebis: cū cóferre te credis. ℃ Spūs naturā corporis sequit̃ maxime: si dolor in mébro extiterit principali et cū dolor hoc modo fuerit confortetur spiritus cū odoribus: et in similibus placentibus: et hec cura corpori existit conueniens.

℃ Medicinas accipere que caput purgant post cenam cum dormiendi est tempus magis est cóueniens: ab extremitatibus eni melius seducuntur humores: hac eni hora interiora membra uigent fortitudine.

℃ Cum egritudo a complexione corporis diuersa fuerit: curari non debet cum rebus complexioni contrariis: maxime si egritudo fuerit in membro principali.

℃ Egritudo complexioni membri similis: cum medicina complexioni affini curari non debet: sed potius dimittas quam cures egritudinem cum mala complexione affini ut dictum est: melius est enim cum medicina mébro contraria eam curare.

℃ Ethicos cum rebus uigorantibus complexioné cura: et a téperantia non remotis.

¶ Cum paucioribus medicinis humoré a corpore remouere q̄ cognite sunt: sanius est quam si cū pluribus eū expellas. Sin/gulares medicine non sunt dubitabiles: et couenire in uirtutib9 dubitatur. Antiqui eni philosophi in cópositis medicinis dubita bant ut singulariū uirtutes cognoscerent.

¶ Cū his medicinis debemus opari quorū uirtutes scimus: et quarū opationes erga naturá nouimus manifeste.

¶ Vtile est medico nouisse quod humores hyeme et uere plures sunt: et estate et autumno pauciores: facilius ergo estate, et autū/no curantur egritudines.

¶ Egritudiné in mébro radicali existere signum est dissolutio/nis corporis.

¶ Cū humoris innaturalis effectū reprimis: et naturá quieta/ri dimittis couenientius oparis: quá si cū uomitu et fluxu eum curaueris. Omnis.n. fluxus uel uomitus debilitaté nature opa tur. Et hoc consiliū tibi affectuose presto: cū humoré membrum principale noueris nó petere. Quod si fortasse membrū princi/pale petierit oio apostemata debiliū ex egritudine nó repercutiā tur: mébra eni principalia eorū sunt debilia: et hec eorū mébra debent potius ꝯfortari quá putrediné apostematis recipe: et quā to amplius apostema creuerit tanto eorū membra interiora iuuā tur. ¶ Homines in sexto uel in quinto climate degentes debét flobotomari potius quam qui in primo uel in septimo existunt et minus omniū qui sunt in secundo tertio et quarto climate.

¶ Cū apostema in mébro fuerit principali et doloré egrotans non senserit: nec defectū protendit malū et maxime si ex sangui ne uel colera fuerit generatū: et raro huiusmodi egritudines con tingunt. ¶ Frigida et humida corpora naturaliter parum ex ci bis pro nutrimento recipiunt: et quod expellūt est nimis. sed eo rum fluentia sunt humidia et egritudines quas habent difficiles ad curandum.

¶ Corpora calida et sicca ex cibariis multū recipiunt pro nutri méto: et multū appetūt: quorū uentres sunt sicci et eorū cure ha biliores sunt.

¶ Ethici ex egritudinibus cū cibaria necessaria desiderant: me dicus ea sic preparet ut eorū malitia auferatur et appetenti ea mi

nistret.

¶ Doctores medicine egros debent consolari: etiam si signa mortis perpendant. Corpora enim hominum spiritus eorum/sequũtur. ¶ Spiritus doctoris humilis adiutoriũ prestat egris: et eius cõtrarius non prestat. ¶ Layci et qui ex ingenio ꝓprio uolũt iudicare: et iuuenes qui res non sunt experti interfectores existunt. ¶ Decet magistrũ egrũ interrogare: ut causam egri/tudinis interiorẽ cognoscat: et postmodũ rationale iudiciũ pre/stare poterit. ¶ Decet magistrũ ut ab aliis urinarũ indicia inq/rat: et eorũ uerba audiet nec uerecundetur egrotũ interrogare: ut sciat an egritudo inter uenas: uel extra existat uel consistat.

¶ Dubitabilis est doctor qui iudicat facile. ¶ Decet magistrũ egri consuetudinẽ cognoscere in sanitate: ut cũ res ipsi placẽtes in sanitate cognouerit ei ꝓmittat cũ ab egritudine erepto fuerit.

¶ Decet paraliticos ut corpibus suis naturalẽ caliditatẽ appro ximent cũ calefactura que non ẽ ignis caliditate: sed sit interru/ptarũ uirginũ. ¶ Homines a cõsuetudinibus remouere si usus fuerit antiquus dubitabile est.

¶ Queadmodũ res crude absque ignis caliditate et humiditate non possunt excoqui sic nec digestio celebratur absque humidita te et innato calore. ¶ Nobis est cõueniens ne homines in egri tudinis principio relinquamus. Sed si ualde distempati naturam uiolauerint eos omnino remoueamus. ¶ Decet magistrũ cum humores cõtentos inter uenas purgare uoluerit ut medicamẽ ci bo simile faciat: ut ad uenas accedat et a natura nõ existat diuer/sa: quod si fecerit humores ad purgandum aptos faciet: et si uim fortasse inferre uoluerit naturam uariat.

¶ Cum humorem purgare uolueris materiam prepares cũ me dicinis et cibariis placentibus que cibaria naturam medicine ha beant.

¶ Non est opus balnei calid' infrigidare aut frigidum calefacere: sed soluere et humectare et abstergere et sudare.

¶ Potius opere tiriace indigemus cum sudorem ꝓuocare uo/lumus: et expellere et soluere tam in iuuenibus quam in antiqs et debilibus ab egritudine et maxime in iuuenibus fortis na/ture.

¶ Facilius egritudines exteriores uere et estate curãtur et ecõtra interiores. ¶ Non sunt pauciores egritudines que cum defectu accidunt: quam que cũ superfluitate ꝓcedunt: et in hoc magistorũ error existit quia statim ad purgandũ sunt prompti.

¶ Cui medicinã ministraueris: et humorem purgaueris: cessa purgatione non utaris: corpori enim nocebis et egritudines generabis. ¶ Ossa et membra hominum frigide complexionis et humide sunt debilia: et egritudinibus preparantur: sed facilius curam recipiunt.

¶ Apostema puerorũ expellas exterius. Caueas enim ne materia interius dissoluatur: et maxime si materiã a matre reduxit.

¶ Contra usum egri in omni medicina procedere nõ est conueniens sicut in die quodã aeri frigido exponatur et in die reliqua uẽto calido. ¶ Egritudines calide in antiquis timorosiores sũt quam in iuuenibus: et in eis facilius terminantᷣ uel ad bonum uel ad malũ. Nutrimenta enim que ex cibariis suscipiunt frigiditati attinent et de his nõ est timor nisi propter innate caliditatis debilitatẽ. ¶ Egritudines frigide in antiquis cure difficilioris existunt. In iuuenibus econuerso facilioris.

¶ Balnea et medicine ꝓsunt egritudinibus sibi cõtrariis.

¶ Homines qui cibariis usi sunt et debiles sunt post labores statim cibũ sumant: et uirtuosi ante cibũ laborent.

¶ Qui cibariis abstinet si laboret egrotat et hec egritudo ẽ difficilis. ¶ Paralitici et spasmati in primo secũdo tertio quarto et septimo climate non fiunt nisi ex deffectu caliditatis innate et ꝓpter remotionẽ tempantie. Vel fiunt huiusmodi propter supfluitatẽ frigoris: et ideo statim purgari nõ debent.

¶ Cũ a capite et cerebro et extremitatibꝫ purgare uolueris pillulas in quantitate magnas informa: et post cenã ante somnum ministra. ¶ Cũ humores in stomaco fuerint superflui medicinas redactas in puluerẽ ministra qui bene sit cribellatus.

¶ Cũ membra principalia debilia uel egra fuerit: et tu uis medicinã tribuere laxatiuã: ante egritudinẽ cognoscas.

¶ Cũ humores ab intestinis remouere uolueris in ieiunio medicinã ministra: et pillulas in forma minutas et humidas: et precipue egro ut moueatur.

¶ Ait cũ pillulas formatas inueneris nemini ministres nisi prius in aqua calida humectaueris. ¶ Ait omnis medicina laxatiua omnino purgat colerã cum qua caliditas innata et humiditas expelluntur. ¶ Ait qui membra principalia habẽt debilia a medicinis abstineant: et prepentur ut non sint uiolente sed tempamento affines. ¶ Ait ab egritudine cõualescens abstineat labore secundũ compatione sue egritudinis: et cibariis illis utatur q̃bus uti cõsueuit antequam infirmaretur. ¶ Decens est magistrum ut a cura propria nõ recedat propter egritudinis diuturnitatem: nec a cura diei nec ꝓpter malũ irrationale quod acciderit.
¶ Egro erit cõueniens: ut unũ tantũ medicũ elligat: error enĩ unius magnam infamiã non inducit. Et unius utilitas quam in egro efficit collaudatur. ¶ Qui quamplures medicorũ interrogauerit in errorem incidit plurimorum.
¶ Ait apostemata antiquorũ non repercutiantur. principalia enim eorũ membra sunt debilia ad recipiendũ et corrumpit corpus si propterea male materie diminuatur natura.
¶ Ait quãuis supfluos humores pueri et senes habeãt: nõ propter hoc purgari debent uiolenta medicina: debiles enim naturas habent.
¶ Ait ad eam tempantiam egrum reducas si potes quam ante egritudinem habere cõsueuerat.
¶ Ait nisi sanitatẽ alicuius agnoueris recessum a sua tempantia non cognosces: nec egrũ perfecte curabis.
¶ Ait multotiens cõplexiones ad tempamentũ credes reduci q̃ ad egritudines potius reducuntur.
¶ Ait habitudinẽ bonã cũ forti uirtute si supflue soluere nolueris errabis: sed cũ laxatiuis tempate procedes.
¶ Ait si recte operari uolueris unicuique egritudini curam propriã exhibeas secundũ ingeniũ tuum et intellectũ.
¶ Ait quod sub spera lune continetur secundũ uniuscuiusque gradũ lune diuersitatẽ minuitur uel augetur uel aliqua mutatione mutatur nunquã in eodẽ statu poterit permanere.
¶ Ait nihil enim extra naturã existit facile. Si enim paruam egritudinem non consideraueris fortassis cura erit difficilima et si uiolentam egritudinem recte perpenderis: forte magis cure

approximabit quam faciat parua.

Ait in egritudinibus non facile proferas iudicium. Nō urinam habeas nisi postquā egrū uideris in presenti: et eū interrogaueris et examinaueris. Ait in omni egritudine egrū interroga. Ait omnis febris naturā excedit: sed in quibusdā fortiores sunt et hoc secundū humorū diuersitates: et ideo febris colerica a frigiditate supflua nō debet extingui neque febris quartana cū frigiditate humectante curetur. Ait cui apostema ad similitudinē rose que malo granato ē similis natū fuerit: et corpus ob hoc infirmū fuerit si exterius ad albedinē decliue fuerit nunquā membrū ad tempantiam reducetur.

Ait dolores antiquos et debilitates membrorū filii a parentibus cōtrahere cōsueuerunt: sed fortasse in filiis uel diminuūtur uel augumentantur. Ait qui egritudinē habet diuturnam et urina eius fuerit similis urine sanorū sanari nō poterit

Ait medici complexio tempata debet esse ut nec rebus secularibus intendat omnino: nec expers eorū existat.

Ait cū tempus corruptū fuerit propter ueris humiditatē supfluam in estate procedūt egritudines. s. secundū serpiginē et uertiginē scabiem et apostemata: sed has euadit egritudines qui fluxum uentris habuerit.

Qui patres et auos in sua generatione. Iuuenes habuerunt membra principalia fortia sunt et eorū uirtutes maiores sunt. Et his contrariis contraria accidunt. Si tamē patres et aui senes fuerint humiliores habent memoriā et rationes.

Ait hominibus calide et humide complexionis cito tristitie eueniunt: et sic in eis citius egritudines generantur.

Ait qui odorabilia et res saporiferas abhorruerint habēt humorum copiā putridorum.

In omni ciuitate in qua nubes esse consueuerūt capita in eis degentium a uaporibus replentur: ex quibus uaporibus catarrus consueuit generari; et in hoc tempore extremitates corrumpuntur.

Ait cum in ciuitate in estate fuerit nebula in eo anno febres putride generantur.

Ait ieiunium in estate corpus affligit et colorem palidū effi

cit et melancoliam generat et uisus debilitatem.

¶ Ait sanguis qui cito ad aerem coagulatur terrenis humoribꝰ est contrarius.

¶ Ait in omni ciuitate a mari elongata homines degentes habent corpora sicciora.

¶ Ait in omni terrarũ genere corpora quatuor nõ sunt eadem cum sol existit in aliqua quarta circuli signorum. Cum eni frigus euenerit in quibusdam terris. In aliis estas eueniet. Et cum in quibusdam uer euenerit accidit in alia autumnus: et queadmodum mutantur tempora: ita et mores et uoluntates diuerse sunt. sicut cum hi qui in egipto sunt habent uer: illi qui in india uersantur habent estatem. Et illi qui morantur sub equatore diei duas habent hyemes et duo uera et duas caliditates et duos autumnos in omni anno: et ideo arbores eorum plures: et eorum fructus meliores et acutiores similiter.

¶ Ait mulieres que multum dormire consueuerunt supra dextrum latus uix pariunt feminam.

¶ Si aliquis cum muliere cobeat retro filii qui nascentur si masculi sint fient sodomite. Si uero femine erunt ualde incontinentes.

¶ Ait dubitabilis esse debet qui a societate feminarum omnino non est remotus: et in iuuenum societate gaudet.

¶ Ait non accidũt egritudines minus ex humorũ paucitate q̃ ex ipsorũ habundãtia et in hoc est error doctorum qui statim farmatiis uti uolunt. ¶ Omnia uenenosa et maxime ea que uaporosa sunt: capiti cerebroq; sunt nociua. ¶ Ait queadmodũ plãte in lõgitudine latitudine et altitudine diuersificanẗ: ita uolũtates et complexiones uarianẗ. ¶ Ait diuersitas latitudinis terrarũ ꝯplexiones et mores et cibaria diuersificanẗ usquequaq; plura fiũt a secũdo in quartũ et a quarto in secundũ gradũ. Et he diuersitates similes sunt diuersitatibus que in his acciderũt ex eo quod quedã sunt ortulane et quedã montane et quedã nascunẗ in campis. ¶ Ait decet modicũ unguẽta diuersificare secundũ diuersitatẽ naturarũ mẽbrorũ. ¶ Ait melãcolia i iuuẽibus cũ medicĩa forti purgari non debet: pauca. n. est in eorum corporibus et non bene adheret corpori. Et ob hoc si medicina uio-

lenta fuerit de principali natura mẽbrorũ totũ remouet.
℃ Ait bonum est doctori quod cum dietis egritudinem remo/
ueat uel curet si potest: et non cum medicinis.
℃ Ait si cũ longo tempore quis medicina uel uomitu usus nõ
fuerit et uomitus uel fluxus uentris ei acciderit nõ est priuãdus
℃ Ait parũ diuersificant̃ uentositates in corporibus que absq;
uapore sunt. ℃ Ait urine que sanitatẽ ostendunt in hominibus
non cõmutantur in substantiis et coloribus.
℃ Ait complexionũ caliditas in sanitate in hominibus nõ ẽ ea
dem in eorum multitudine in corporibus.
℃ Ait qui in salute urinã egri non respicit in egritudine eam p
fecte cognoscere non potest: neque ipsius cura ueritati prorsus
erit affinis. ℃ Ait debiles ex egritudine et ex iuuenibus et anti
quis cum habuerint apostemata non repercutiantur cũ medicis
uiolentis et fortibus sed cũ medicinis temperatis.
℃ Ait si cũ ratione hominis fuerit perturbatio cũ frigore et sic
citate utaris calidis rebus et humidis odoriferis que cerebrum
per eius attractionẽ alterant interius et exterius: ligetur patiens
ne iuncturas exterius exponat aeri.
℃ Antiqui qui ex consuetudine quater in anno minui consue/
uerunt: cum ad quadraginta annos ter in anno minuantur: et cũ
ad sexaginta bis: et cum ad septuaginta semel: et post hec a mi/
nutione caueat.
℃ Ait senes post annos sexaginta a minutione cephalice uene
caueant neque qui septuagintaquinque annos habent minuant̃
a uena basilica.
℃ Ait qui in iuuentute multotiens minui cõsueuerunt cum ad
sexaginta annos perueniunt infrigidantur: et paralisi capiunt̃
et maxime qui frigidi et humidi sunt natura.
℃ Ait principalium membrorum uirtutem maxime custodias
humiditates enim recipiunt et non expelluntur de facili et iterũ
uirtus minuitur.
℃ Ait usus magistrorum in causis egritudinum et in eorũ ex/
perimentis laudandus est.

℃ Libri amphorismorum Rasis. ℃ Finis.

P Eruenit ad nos quod ypocras cū morti appropin-
quaret precepit quod uirtutes scripte ponerentur
in capsia eburnea. et poneretur capsia cū eo in se-
pulcro suo ne aliquis eam detegeret. Cū ergo uo-
luit Cesar uidere sepulcrū ypo. peruenit ad ipsum: et aspexit ip-
sum erat autē ualde abiectum precepit ergo ipsum renouari et fa-
bricari et corpus eius si integrum inueniretur deferri sibi. cum-
que foderetur sepulcrū inuenta est in eo hec capsia eburnea. et ī
ea iste uirtutes. dellata est ergo cesari qui in ea aspiciens intenti-
ones amico suo. et fideli tradidit.

¶ Quando in facie infirmi fuerit apostema cui non inuenitur
tactus et fuerit manus sinistra posita super pectus suū scias qđ
morietur usque ad uiginti tres dies et precipue quādo in egritu-
dinis sue principio palpat sepe nares suas.

¶ Quando fuerit in utriusque genibus apostema magnū cum
uehementia sitis scias quod morietur usque ad octauū diem. et p̄-
cipue quando in egritudis sue principio sudauerit sudore multo

¶ Quando fuerit super uenam que est super ceruicem generat
somnum pusticia parua super ipsam sicut farina scias quod in-
firmus morietur secunda die a die quo infirmatus est. et signū
est quod fit in principio sue egritudinis sitis uehemens.

¶ Quando fuerit super linguā pustula sicut natanti et est nau-
sea que dicitur musca canina aut sicut grana pentadactili scias
quod morietur in illo die primo. et signum est quod desiderat in
principio sue egritudinis res calidas in suis naturis.

¶ Quando fuerit super aliquā digitorū pustula nigra parua si-
milis horobo et dolebit scias quod morietur in duobus diebꝰ ab
egritudine sua. Et signum erat quod fuit in generatione sua gra-
uis corporis.

¶ Quando in police manus sinistre pustula parua similis fabe
fusci uel palidi coloris fuerit que nō dolet scias quod in septimo
die morietur a principio egritudinis. Et signum est quia in prin-
cipio egritudinis assellauit assellationibus multis ualde.

¶ Quando in digito medio sinistri pedis fuerit pustula cuius ē
sicut color tersionis aurificis scias quod habēs eā morietur. xii.
die a principio egritudinis. Et signū est quod desiderat in prin-

cipio egritudinis res habentes acrimoniá desiderio uehementi.
¶ Quando fuerint ungues fusci uel palidi coloris et in fronte fuerit pustula sanguinea scias quod morietur.iiii. die a pricipio egritudinis. et signũ quod erit multe sternutationis in principio inceptionis sue egritudinis et multarũ oscitationũ.
¶ Quando fuerit in pollicibus duorũ pedũ pruritus uehemẽs et fuerit ceruicis fuscus ualde scias quod morietur.v.die egritu dinis ante occasum solis: et signũ est quod mingit in principio sue egritudinis urinam multá exuberantem.
¶ Quando fuerint super palpebrá infirmi pustule: quarũ una sit nigra et alia fusci coloris et palidi et alia subalbedini decliuis scies quod habens eá morietur.xxvii.die a pricipio egritudinis sue: et signũ est quod in principio erit sputi multi.
¶ Quando fuerit super palpebrá unius oculorũ pustula sicut auellana leuis fusci coloris: scias quod morietur secũda die sue egritudinis: dormit somnũ multũ et grauem.
¶ Quando fluit ex naribus infirmi sanguis trahens ad subal/ bediné et ruffediné et apparet in manu eius dextra pustula alba que non dolet scias quod morietur tertia die a principio sue egri tudinis. et signũ est quod nõ desiderat cibum omnino.
¶ Quando apparebit in coxa infirmi sinistra rubedo uehemẽs que non dolet scias quod morietur.xiiii.die sue egritudinis et si gnum est quod in principio inceptionis sue egritudinis habuit pruritum uehementé et desiderat comedere holera.
¶ Quando fuerit post auré sinisrá pustula magna scias quod morietur.xxviii.die sue egritudinis: et signũ est quod desiderat potare aquam frigidá desiderio uehementi. Vel si fuerit dura si/ milis grano al.frumenti: scias quod morietur.xx. die a princi/ pio sue egritudinis in illa hora in qua apparuit pustula. et signũ est quia mingit in principio sue egritudinis urinam multá.
¶ Quando fuerit post auré dextram pus ula rubea cal. similis combustioni ignis scias quod morietur septima die a principio sue egritudinis: et signum est quod uomit in principio egritudi/ nis sue uomitũ multum.
¶ Quando fuerit sub mento pustula rubea in magnitudine fa be egyptiace sciaś quod morietur.lii.die ab inceptione sue egritu

dinis et signũ est quod spuit in sue egritudinis principio sputũ multum.

¶ Quando accidit dolor alicui deinde apparet in cubito pustula fusci coloris scias quod morietur.v. die egritudinis: et signũ est quod desiderat uinum bibere in inceptiõe sue egritudinis.

¶ Quando fuit super latus dextrũ pustula nõ dolens fusci coloris: scias quod morietur.ix.die egritudinis ante ortũ solis: et signũ est quod in egritudine sua facit multas oscitationes.

¶ Quando fuerit in titilico sinistro pustula fusci coloris i magnitudine citonii: scias quod morietur.xv.die egritudinis et signum e quod accidit in inceptione egritudinis somnus multus et grauis.

¶ Quando fuerint super calcaneum pustule nigre multe scias quod morietur.xiiii.die egritudinis et signũ est quod desiderat in principio aerẽ frigidũ: et cibos frigidos desiderio uehemẽti.

¶ Quando fuerit supra pectus sinistrũ pustula subalbida scias quod morietur.iiii.die egritudinis: et signũ est quod accidit in principio egritudinis pruritus uehemẽs in oculis et non sufficit scalpere oculos suos.

¶ Quando fuerit in medio capitis pustula nigra sicut nux lenis que non dolet morietur.xl.die a principio egritudinis: et signum est quod accidit ei in principio egritudinis desideriũ melonũ et exuberatio urine.

¶ Quando sub ceruice fuerit pustula parua et in palpebra inferiori oculi sinistri pustula etiã alba scias quod morietur.xi. die egritudinis sue et signũ est quod accidit ei in inceptione egritudinis desiderium dulcium uehemens.

¶ Expliciunt amphorismi Rabi moyses et amphorismi Iohannis Damasceni et amphorismi Rasis cũ pronosticis ypocratis q̃ fuerunt inuenta in suo sepulchro in capsa eburnea diligẽtissime Bononie impressi: impensa Benedicti hectoris librarii: cura uero Platonis de Benedictis stampatoris acuratissimi.

¶ Finis. ¶ Laus deo.

uoce magna [illegible] pa[illegible] in ma

nu[illegible] [illegible] c[illegible]mdo spm meū. c Et

[illegible] [illegible] uidens aūt

[illegible] fuerat, qui[illegible]

... p̄ tuam

pul... et deposuit in mu...

sindone et posuit eum in ...

Pro tra[illegible] cathedrali ad cathedra
lem met[illegible] addantur IIII. g. alias. V
Pro tra[illegible] cathedrali ad Ca[illegible]
lem V. gros. alias. [illegible]
De metropolitana ad metropolitanã VI. g.
Et si fiat translatio ad Patriarchalem ad
dantur V[illegible]
Et quelibet conclusionũ taxet̃ ut pñcipal
Munus consecrationis XVI. g.
Commissio receptionis iuramenti. XVI. g.
Forma iuramenti pro epo uel archiepisco
po et patriarcha
Ad dñm temporalem
Et si in predictis litteris narr
addantur
Monasteriũ quomõcunq̃ [illegible]
Per translationem addantur [illegible] g.
Quelibet conclusio sicut principalis taxet̃
Munus benedictionis XII. g.
Commissio receptionis iuramenti. XII. g.
Forma iuramenti pro abbate X. gros.
Ad dñm temporalem X. g.
For. iuramenti p abbatissa. VIII. g.
Littera tradendi pallium X. g.
Alia que dirigitur prelatis XII. g.



